

795.

N. Inv. 795.

Aaa. I 10.





Prologus

Incipit liber de anathomia humani corporis. Incipit prologus in libro de naturis rerum et cetera.

Naturas rerum in diversis auctorum scriptis late per orbem sparsas inveniens cum labore nimio et sollicitudine non parva annis fere XV operam dedi ut inspectis diversorum philosophorum et auctorum scriptis ea que de naturis creaturarum et earum proprietatibus memorabilia ac digna moribus invenirem in uno volumine et hoc in parvo brevissime compilarem. Hic igitur primo consideranda est anathomia humani corporis passiones et cura earum, post ea non tractatus brevis et utilis de anima, cuius virtutem doctor memorabilis Augustinus in libro de anima et spiritu plenius suadendo distinxit. Deinde naturas et species monstruosorum hominum ac deinde de naturis quadrupedum volucrum ac beluarum marinarum piscium quoque atque serpentium vermium atque arborum herbarum fluminum lapidum metallorum et humorum aeris, de septem etiam planetis et passionibus aeris, de circulis solis et lune et eorum defectibus, et ultimo de quatuor elementis proprietatibus; que vero prediciones varias apte distinguens auctores dictorum singulis proprietatibus applicavi. Inde isti sunt qui sequens opusculum eleganter illuminant. Primus omnium Aristoteles est, qui non solum in hiis verum etiam in omnibus ad philosophie artem disciplinam pertinentibus cum nectare ... effloruit. Secundus est Plinius, qui ipse antiquitate et auctoritate venerabilis inter ceteros rerum auctores copiosus est. Tertius autem Solinus ponitur, qui ipse eloquentia valde mirabilis in libro quem de mirabilibus mundi edidit plurima de rerum naturis diligens perscrutator inseruit. Quartus beatus Ambrosius Mediolanensis presul est, qui de naturis bestiarum volucrum et cetera in libro qui Exameron dicitur multa distinxit, qui utique post omnia scriptus est et modo scribendi et ordine magnum Basilium in libro quem etiam sententias quasdam in hoc opere oportunis locis dignissimum duximus inserendas, quas utique beatus Ambrosius brevitati studens minime comprehendit. Quintus Ysidorus episcopus est, qui in libro Ethimologiarum dispersus valde et utilis est. Sexto loco magistrum Jacobum de Vitriaco Aquonensem episcopum nunc vero Tusculanum episcopum et Romane curie cardinalem, licet meritis potiorem quam etate ultimum ponimus, qui de naturis rerum et hystoriis que in transmarinis partibus modernis temporibus evenerunt eleganti sermone conscripsit et hunc librum voluit Orientalem hystoriam appellari. Librum vero rerum libellum ad modum parvum inveni, qui etiam de naturis rerum plurima comprehendit. Invenimus etiam librum quendam suppresso auctoris nomine quem modernis temporibus compilatum audivimus, cuius sententias ubique reperies; ex hoc cognosces quod hoc nomen experimentator subscriptibus invenies. Platearius. Palladius in libro de agricultura

Prolo

eximius valde est Galienus et
platearius preclari auctores in
phisica sunt qui de natura quam
corporis arborum et herbarum virtutes
medicine ipsi congruentes plane
distinxit. Sed et in phisiologum
compendiosum satis et utile locis
diversis repperi. Adelinum quoque
philosophum qui et si tamen pauca bona
conscripsit. Ceteri vero quorum nomina
plerumque inter alios posuimus
non tamen auctores rerum natu-
rarum sunt quam pro scriptorum suorum oportu-
nitatibus assertores. Multorum aut-
em vulgi opiniones non pomnia re-
putandas posuimus. Ipsa enim an-
tiquitas in talibus plerorumque hono-
randa est dum ipsa non sit disso-
na veritati. Et notandum quod sub
Alexandro magno quinquaginta
volumina edita sunt ad mandatum
illius que Plinius xxxvii editio-
nibus breviter comprehendit. Auc-
tores non tales sibi libro prescripsit. Ex
terminis tamen multos ex illis
proposuimus magis vulgatos atque
precipuos. Lucillus piso, theophr-
astus, claudius cesar, diogenes
dorotheus atheniensis, democri-
tus, appollodorus qui de bestiis
venenatis. Dyonisius medicus
qui transtulit magonem. Cato cen-
sorinus, Marcus varo, heraclides
orpheus, pitagoras, Menander
homerus, Nicander, Mucianus
Virgilius, petronius, Dyagoras
andreas, Juba rex, Marcellus phi-
lometor rex, Tholomeus rex, an-
thiogonus rex, Archelaus rex,
Umbrocius, filemon, Alfius fla-
vius, Vrgidius, Seneca et cicero

Hyginus, maculus, Ypocras.
Hii sunt auctores secundum plinium
in natura rerum. Unde moralitates
et significaciones rerum breviter in quibus-
dam spiritualia distinximus et
ideo non continue quia vitavimus
prolixitatem. Huic igitur quantum hoc
opus prosit, et quantam utilitatem
prestare possit hiis qui verbo predica-
cionis voluit insistere, ad plenum scire
homo estimo neminem nisi tamen in
prestudiosioribus divina sapiencia dede-
rit intellectum. Sicut enim Aristo-
teles de animalibus libro xi sive sit
nobilissimum sit illud quod cele-
ste est, sive ignobile sicut est creatura
animalium, erit tamen animi magne
delectacionis illis qui id possunt
cognoscere. Propter hoc igitur debemus con-
siderare formas creaturarum et delec-
tari in artifice qui fecit illas, quia
artificium operantis manifestatur in opera-
cione. Propter hoc ait. Inter cuncta in natu-
ris animalium nichil michi grave sit
nobis, quia in omnibus rebus natura-
libus est mirabile et res naturalis
nobilis, quia non ullum naturam
ociose creatum neque casualiter
sed propter aliquod complementum, et
ideo licet aliquod eciam reputetur
vilissimum locum et ordinem nobi-
lem. Illud autem in hoc opere lector con-
sideret, ut si naturas et mores a-
nimalium aut effectus herbarum aliter
inconsuete reperit quam relacio pho-
rum contineat qui fere omnes in
orientis partibus scripserunt non
statim capiat quasi ficticium re-
putare quod scriptum est immo pru-
denter advertat quia aliter se habeat
oriens pars mundi cum suis creaturis

quam occidentalis. Aut aquilo sive
meridies cum oppositum sit dispo
sitione nature occidens orienti me
ridies aquiloni, aliter enim machina
mundialis stare non posset et ex
te probatio. Oriens calidus et hu
midus, occidens non frigidus et
siccus. Unde autem si omnes quatuor
plage unius qualitatis essent, et ca
lor solis orbem totaliter occupa
ret. Unde illud tempus eius veheme
ntie contrarium obviaret, preterea erat
necessarium. Semper enim nullo re
sistente cresceret, quoadusque ipsius
elementis mundum consumeret. Unde
quod calori frigus et frigori calor,
siccitas humiditati, humiditas
siccitati opponitur, et mundus ipsius
plagis oppositarum qualitatum coe
quata libratione firmius stabilitur.
Credat ergo lector quia complex
iones in animalibus, et effectus mulier
ibus secundum qualitatem aeris vari
antur. Huius ergo scriptis siquis stu
dium adhibuerit, adiunctam fi
dei et correctionis morum et regiminis
medicis sufficientiam reperiet ut in
sermonem predicatore quasi ex vestigio
scripturarum apte digressio cessanti
bus eloquiis prophetarum, ad evigi
lationem ut eorum mentem oculata
fide contrarium adducat testes. Ut si
quem scripturis auditis de scripturis
et miraculis non moveret, saltem
nova more suo pulsata aures
demulceat. Hinc ergo ab ipso homine
initium nobis sumendum est, qui inter
mortalia mortalis quidem altis
simus et immortalis anime dignita
te preditus est. Liber ergo primus de
anathomia humani corporis est. Secundus
de anima. Tertius de monstruosis ho
minibus orientis. Quartus de anima
libus quadrupedibus. Quintus
de avibus. Sextus de monstris ma
rinis. Septimus de piscibus flu
vialibus atque marinis. Octavus
de serpentibus. Nonus de vermibus.
Decimus de arboribus communibus.
Undecimus de arboribus aroma
ticis et medicinalibus. Duodecimus
de herbis aromaticis et medicina
libus. Terciusdecimus de fontibus.
Quartusdecimus de lapidibus pre
tiosis et eorum sculpturis. Quintus
decimus de septem metallis. Sextus
decimus de regionibus et temporibus
aeris. Septimusdecimus de spera et
septem planetis et eorum virtutibus.
Octavusdecimus de passionibus
aeris, fulgure, tonitruo et consimi
libus. Nonusdecimus. Vicesimum autem
post finem laboris nostri non tamen
extra compilationem sed tamquam ne
cessarium ipsi operi precedenti addidi
mus, qui utique de ornatu celi et
motu siderum atque planetarum
ad intelligendum speram et eclipsi
solis et lune evidentissime tracta
re videtur, addidimus tamen aliqua et
quedam subtraximus, atque in nullo
in eodem libro correximus. Incipiunt
capitula libri de membris corporis
humani.

Generaliter de mem
bris corporis humani.
De capite que signa in facie figu
rant hominem cognoscibilem. De di
versis infirmitatibus capitis et cura ea
rum. De dolore ex calida causa.
De ex frigida. De ex inanitione.
De ex fumositatibus stomachi. De
pustulis et tumoribus in facie. De freneticis.
De ... et inscriptis capitulo alia quere

Capi

De cerebro contra dolorem ce
rebri capitis Si scabies iuxta na
res Si uertiginem patitur. si dolo
rem. si colorem liuidum insanie
Si puer in unica caput habet De
capillis capitis corporis si fluxerint
ut capilli spissi renascantur ut
pili non cadant De sompno ce
rebri corporis qui dormire non possunt
ad sompnum prouocandum Si litargia
infirmus laborauit Si dormire
non potest infirmus De oculis et infir
mitatibus corporis capitis si dolor ex
sanguine Si ex colera Si lacrime in
uoluntarie fluunt Si caligine
rint oculi Si albugo oculis sup
uenerit Si maculam in oculo habue
ris Si oculi lacrimantur Si oculus
percussus sunt a lepus Si subito
rubuerint sanguine oculi sanguinem
uenam fuderint Si sirones fue
rint in oculis Collirium augusti
cesaris Item optimum contra ebitu
dinem oculorum Si rubent oculi
et dolet Si pustones oculorum sentis
De palpebris De auribus et infir
mitatibus earum capitis Si impedi
mentum auditus sit maior Si
tinnitus sunt aurium Si sanies
uel fistula in aure sunt Si uermes
uermes et subita sunt obturato Si
exulcerate sunt aures Si dolore
et punctiones aurium sentis Si ob
tusum habes auditum Si uermis au
rem intrauit De naso et infirmi
tatibus eius capitis Si de naribus
fluxerit sanguis Si coriza hoc
est fluxus reumatis de naribus sunt
De barba De ore et infirmitatibus
eius capitis Si os fetidum ha
bueris ut os bene oleat Si uul
nera sunt in faucibus Si torturam
sanctum pateris Si scissuras
labiorum sentis De dentibus et in
firmitatibus corporis capitis Si dolor
dentium sunt ex causa stomachi
Si ex uicio capitis Si ex causa
frigida Si ex causa calida Si
de colera Si uermes in dentibus
Si doles dentes ad firmandos den
tes Si puer mutat dentes et
dolet Si exasperant gingiue
Si atro sup dentes creuerit
De lingua et impedimentis eius capitis
Si eger obmutuerit Si lingue
puerorum subtrahunt impedimentum
De uoce et quomodo clara fiat eundo
clara remaneat De uuula et infirmi
tatibus eius capitis Si uuulam
doles ex instillacione humorum
Si ex sanguine De epiloglo De tan
na Si intro aliquid ceciderit De
gutture et infirmitatibus eius et
cura Si quinanciam habueris Si
raspum gule senseris et uolua ha
bueris Si raspitum gule senseris
contumas fauium Si ulcera gut
ture Si inchula ob spinas habe
rit De collo et infirmitatibus eius et
cura Si collum lesum uel distor
tum habueris Si dolorem in collo
De humeris et infirmitatibus corporis
capitis Si humeros exonerare de
bueris uel ex labore equitandi
De brachiis et incomodis corporis
cura contra palpsim brachij seu
si carent Si brachia dolueris
et humeros De cimosi De mani
bus et infirmitatibus earum capitis Si
ueruntas habes in manibus Si inflan
tes manus Si attractum in ma
nu Si manus dolueris et pingue

rint. Si sirones te vexant in
manibus. Si manus inflatas ha
bueris. De digitis et infirmitatibus
eorum et cura. Si digitos dolueris.
Si digiti contracti reperit. De
unguibus et incommodis eorum. Si
ungues putridos habes. Si ungues
in manibus vel in pedibus frigere
reperint vel fetere. De ossibus et
incommodis eorum et cura. Si os ma
nus aut pedis fractum, scissum
vel acutum sit. Si os fractum et
consolidatum non recte connatum.
Item de fractura ossium. De medul
la. De cartilagine. De sanguine et
de febre effimera. De cottidiana
febre. De terciana febre. De quartana
febre. De continua febre. De venis.
De neruis et infirmitatibus eorum et
cura. Quomodo confortantur nerui.
Si nimis psoratur in minucione.
Si contractionem neruorum in tibia
vel manu senseris. Si spasmum
pateris. Item de dolore neruorum.
De arteriis. De cordis. De ligamen
tis. De membranis. De carne et in
firmitatibus eius et cura. Si aposte
ma [illegible] volueris. Contra antra
cem supra melius in capitulo de
manibus. Si cranium fractum, si cere
brum lesum. Si cranium ruptum
sit [illegible] non apto. Si cranium
ruptum sit. Si corpus telo vul
neretur. Si telum ossi inheserit. In
testinorum volnacio vel lesio. Si
caput [illegible] scissus sit. Si
[illegible] vulneri supervenerit. Si
in vulnere [illegible]. Si vulnus
[illegible] effectum sit. Si novum
vulnus nimis fluxerit sanguine.
Si nimis calere sanat vulnus.
Si ferro mortua fuerit. Si

vulnus fluit multo sanguine. Ut sta
tim sanet vulnus magistri. Si igni
mortuo involuto. Si glanduli
acreverint. Si glanduli mylijs.
Contra sacrum ignem. Apostema
flegmaticum colere nigre, sanguinis.
Ut maturum fiat apostema. Si
scrofula. Si cancer. Si fistula, si
scabies. Si impetigo. Si prurigo.
De corio vel cute et inquinedibus et
cura. Si cutem rugosam vel
asperam vel scabiosam habueris.
De dorso et infirmitatibus eius et
cura. Si dorsum dolueris. De
macha. De pectore et infirmitatibus
eius et cura. Si tussis adest. Si
siccitas pectoris sine incentivus ar
dor. Si siccitate habes. Item nota de
tussi. De mamillis et infirmitatibus
earum et cura. Si dolorem et passionem
habes in mamilla. Si cancrum in
ea habes. De corde et infirmitatibus
eius et cura. Contra dolorem cor
dis. Contra cardiacam passionem
idest defectum cordis remedi
um probatissimum. De epate et inf
irmitatibus eius et cura. Si ex calo
re patitur. Si ex qualitate hu
morum. Si ex calefactione epatis
subito venerit dolor. De felle.
De pulmone. De splene et passio
nibus eius et cura. De ventre
et infirmitatibus eius et cura. Si li
enteria idest fluxus ventris
adest. Si dissinteria adest. Si
tenasmon idest difficultas eg
rendi adest. Si admedicem ve
tris rupturam hoc est hernia ad
est. Adolescentes et grandia paupere

medicina. De inflacione ventris
reprimendum. De inflacione corporis
generali. De ventositatem. De fluxu
extinguendo. Modus quomodo per totum
generaliter vel particulariter debet fieri
De costis et infirmitatibus earum et
cura. Si pleuresis id est apostema
costarum. De intestinis et dolore
eorum. Accipe in scripti capitulo. De sto
macho et infirmitatibus eius et cura
Si vomitus. Si singultus. Si tor
siones. De confortacione stomachi. De
suffocacione stomachi. dolorem eius
De inflacione et flegmatica stomachi.
De suffocacione stomachi. De calefac
cionem eius. De omnia fere vicia eius
Si aliquid male aut corruptum
comederit. De lisophago. De v
bilico. De adipe. De renibus et in
firmitatibus eius et cura. Contra ydro
pisim. Contra calculum. Si vrina
facere non potest. Si sanguinem cum
vrina emittit. De matrice et mo
dis eius et cura. Si suffocacionem
matricis mulier patitur. Quomodo
eisdem remediis menstrua provo
cantur. Contra lapsum matricis.
Contra fluxum sanguinis. Contra defec
tum menstruorum. De virga genitali
Contra infrigidacionem eius et contra
luxuria. Si ulcera vel vulnera in
ea creverit. Si tumuerit testicu
li. Contra pruriginem virge. De re
nibus et infirmitatibus eius et cura.
Si dolor in renibus. Item si dolor in
renibus coxis vel lumbis. De
anchis que nates dicitur et infir
mitatibus earum et cura. Si scabies
anchiarum. Si emoroides. Contra
lapsum ani. Item contra emoroides
Item remedium emoroidarum.

Item aliud. De ylijs et passione y
liaca et cura eius. De spondilibus
De genibus et comedijs eorum
et cura. Si inflatur. Si leditur. De ti
bijs et passionibus earum et cura. De
pedibus et infirmitatibus eorum et cura
Si pedem lesum habuerit ex con
torsione. Si arteticam patitur
Cura podagre. Cura artetice. Di
visio virtutum passionum. Si nodus pe
dis disiungitur. De talis. De plantis
pedum. De semine generacionis. De
generacione mulierum. De disposicione
anime racionalis et unde anima. De
virtute nascitiva. De arte obstetri
candi valde necessaria. Quot mo
dis nascitur puer et quomodo edu
catur secundum. De ordine vivendi
secundum aristotelem. Incipit tractatus secre
torum secretorum epistola aristotelis ad
alexandrum regem. De sex etatibus
hominis. Homo dum fit vivus. De pue
ricia. De adolescentia. De robore
De senectute. De etate decrepita
De morte et quid sit mors et subito
accidit. Homo quid faciendum sit. In
cipiunt versus XX qui continent
materiam librorum secundum
numerum versuum et cetera

Membra prius morbosa sunt
curis sub medico inde quid est anima
certi vide verbo. Hinc dum vol
tus hominis speciesque patebunt
Quadrupedum species libro parte
tenebunt. Hinc volucres vide
as varium quas semina beant
Nostra mari que vivit per deq
ipse cernit fluminibus atque maris
pisces per ea locantur. Serpentes
varii vel queque nocivi signantur
Vermes reptantes et nocomininis
inde eo apta. Et ... ligna gum

mbus usibus apta. Hinc etiam sequitur
liquum redolens species herbarum
virtus omnis tenerrima rerum. Flumi-
na vel fontes pia quos natura
beavit. Seminarum virtus quas
discolor irradiavit. Hinc albi-
me septena metalla notantur.
Aeris humores que septem regi-
na notantur. Inde pluvie terrarum cur-
sus et septa requirunt. Grando tonitrus
fix stella cadens quid ventus et
iris. Quatuor hinc elementa mode-
pti sine patescit. Turbine celi
opus scandit sol luna recepit. In-
cipit liber primus de anathomia
humani corporis. Primo generaliter ana-
thomia dicitur abana quod est resolu-
tio thomos quod est partes quasi resolutio

Partes corporis partium
humanorum principaliter contente
sunt ut dicit Aristoti-
les composite secundum crea-
tionem totius mundi. Unde
dicitur homo microcosmus quasi mi-
nor mundus dicitur. Hunc deus quasi
post ceteras creaturas die sexta plas-
mavit. Qui ut dicit Aristoteles ho-
mo in infantia primo ambulat super manus
postea adolescens erectus in pedes
ambulat. Postremo in etate decre-
pita iterum incurvatur ad terram terre
utique quia de terra assumptus est
in terram vadit. Capitulum de capite

Caput hominis tenus testa ut
dicit Aristoteles ex diversis osse-
culis est in quo sunt multe suture
in viris precipue. Una vero sutura est
circumdans in capitibus mulierum et
inventum fuit aliquando caput in
quo omnino sutura non fuit et hoc
citatis signum perpetrandis. Secundum
etates etiam informatur et spissitur
testa capitis. Capita infancium an-
tequam loquantur non dum completa
sunt sicut postea dicemus cum de em-
brione loquemur. Testa capitis con-
tinet tres cellulas unam ante-
rius secundam in medio tertiam pos-
terius. In prima parte anterius forma-
tur virtus fantastica vel ymagina-
ria. In secunda que est in medio capi-
tis virtus intellectualis. In tertia que
est posterius virtus memorialis.
Prima concipit, secunda discernit, tertia
discussa et diiudicata custodit. Unde
inventum est aliquando ut homo lesus
vulnere in anteriori parte capitis ym-
aginari non potuit. In poste-
riori vero parte capitis vulneratus me-
morie virtutem perdidit. Ingenium
quidem per humiditatem inficit et me-
moria per siccitatem. Itaque qui humi-
dum habent cerebrum pollent inge-
nio sed memoria deficiunt. Qui vero
siccum habent hii memoria vigent sed
ingenio privati sunt. Cera enim
que humida est facile sigilli impressio-
ne signatur et ex humiditatis incon-
stancia facile deletur. Quod vero
siccius est difficile formam recipit
sed acceptam semel non leviter amit-
tet. Hec sunt signa virtutis atque vi-
cii que ponit Aristoteles in libro
de animalibus quibus cognosci homo
possit in specie. Fallunt tamen signa
quandoque ex eo quod anima se transfert
ad actum contrarium exercicio virtutis
aut vicii iuxta consuetudinem quasi
alteram naturam constituit. Qui-
bus frontes sunt magne significat po-
derosum declinationem ad stulticiam.
Quorum sunt parva signat bonitatem
motus. Quorum sunt lata pravitatem di-
screcionis. Quando sunt rotunda ira-
cundiam signat. Sub fronte super-
cilia sunt que si fuerint recta quasi

linea / sufficiunt mollities et feminei
tas et flexibilitas. Et quando fuerit
arcualia et coniunguntur usque ad co
rum nasum significat leviter subtilis et
studiosus in omnibus operibus suis.
Cum autem arcualitas sunt decli
nans ad tempora usque ad gibbo
sitatem genarum significat negligentes
et male dispositionis. Oculis super
ciliis sunt oculi et super eos pal
pebre superius et inferius. Intra o
culum vero est humiditas per quam vi
detur cum pupilla. Secundo vero sequi
tur est nigredo oculi. Primum oculi
sunt anguli et hii sunt apud cori
um nasi et gibbositate genarum
et lacrime superius et inferius. Cum pro
lacrimale et quod sequitur anguli
oculi sunt primum subtilem significat
dispositionis malitia et consuetudinis
et sequitur. Quando autem lacrimale
sunt multe carnis sit oculus mil
ui significat astuciam et formacom
malam et per gasupralia dimissa significat
i ndium. Albedo oculi est forte con
similis in omnibus hominibus, nigre
do vero variatur. Nam forte erit vel
de magna et forte magne glauci
tatis et forte fusci et forte decli(na)
bit ad rubedinem. Et cum sunt hu
iusmodi dispositionis significatur
bona quietudo et raritas discre
tionis. Proinde aliqui oculorum erunt
fusci aliqui glauci aliqui nigri
aliqui parvi et aliqui magni, ali
qui vero mediocres, qui significant bo
nitatem discretionis intellectus
et bone doctrine. Et forte erunt pro
minentes vel profundi vel medio
cres. Profunditas significat acuitatem
prominentia pravitatem discretionis
et malitiam. Mediocritas vero significat

bonitatem. Et forte erunt oculi
multe clausure vel multe apertionis
et pauci motus. Si sunt multe ap
ertionis et pauce clausure significat
multam mobilitatem et levita
tem discretionis et non firmum in
operationibus suis. Quando vero sunt
mediocres significat discretionem in
omni tempore. Genue arcual dum teste
est sic arbor ut dicit aristoteles quando
caput eius extra radicem est et
propter hoc accidit ut sunt membra sup
eriora anterius et inferiora superius
cum vertitur caput dolor hic modo. Si
sit ex calore solis in estate lavat
caput aqua et inungat populio
ne et subumbra tuto sedeat et
ferri calibe frontem infrigidet. Si
ex frigida causa sit dolor lavet
aqua calida diu et inungat dial
tea et galganam comedat et diu
masticet. Si ex inanitione sit do
lor et ex labore comedat sepe et
aqua calida lavet. Comedat cot
tidie comedat unam muscatam
et gariophilos ad nares teneat
dormiatque satis. Si ex fumositati
bus stomachi tunc accipienda
sunt illa que laxant. Si ex uen
tositatibus tunc comedendi sunt
fructus iunipi et anetum tritum
bene. Contra pustulas et rubore 11a.
faciei accipiat frondes rumicis qui
est albe spine et bene terat et ac
cipiat frondes fructu eius et rad
bit camphoram pulverizatam
et commisceat. Inde ungat facie
tem cum vadit dormitum. Et sic
dum quod aliquod hoc fiat. De paciens
signari gerapigra epulis ante
et parum minue de superiori vena

frenes

capitali uel si prima materia est de uena
mediana frenesis quandoque fit
in capite et ex anteriori parte. Frenesis
igitur est apostema natum in mi-
ringis cerebri de ebullitione colere
uel sanguinis. Hanc solet aliquando co-
mitari febris acuta et ullius cum
inde incipit de signis et febribus
eius uero que prescripsi signa sunt
vigilare in constantia faciei et
turbitas lingue asperitas et sitis. In
omnia nullo prohibente id est si etas et
ualitudo permiserit et non sit ni-
mis debilis minuatur paciens de
uena cephalica post triduum utatur
sirupo facto de nimphea. Deinde
purgetur cum decoctione tamarin-
dorum et cassia. Capite abraso fiat
mixto de aceto et oposculine aqua
tice saluie minore parte apii olei
mollaci et agreste ita ut simul co-
mixta et panno supfusa fronti fi-
at empiastrum de gummi arabico
et sparium apii semen papaueris se-
men lactuce semen iusquiami
et hec tria distempera cum lacte mu-
lieris uel succo lactuce et isto em-
plastro fronti appone. Item idem
sinatus papaueris cum oleo rosato
fronti linitus aceto addita perca
caput cooperiatur bene ne capiat
a frigore ponendi sunt in loco ob-
scuro in panniculo cornibus pulmo
ne animalis magni corporis nouit
abstracto caput inuoluatur. Catu-
lus uel gallus a dorso fissus ad
idem ualet. Cinnico facta de ue-
na mediana fronti ualet post. Unguentum
insuge simitati narium appone
addem. Odor rerum frigidarum
et similiter naribus applicentur. Dieta
fit sicut in uera tertiana. Sinde de

[Marginal note beside column 1: zlutost]

scotomia et maniaca passione uide-
as in practica mediorum libris de
et mirandis uitre sinnatim cunctas
persequi sed illa tamen que magis
in egritudinibus membrorum genera-
liora sunt et sepius occurrere uide-
bimus. Fit autem oleum frigidum quod
genius frenesis et contra calidam ni-
mia. Item aliud primo radatur capud
et pisito radic raphani lauetur
deinde iterum radicem terendo
in panno et pones super caput et per totam
noctem sic dimittas. Mane inue-
nies quasi pelliculam super capud
infirmi et hac detracta lauabis le-
uiter forti aceto caput egroti et sic
per totum diem sine cathaplasma-
te dimittes et secunda ac tercia noc-
te istud iterabis et conualescit ab-
sque dubio. Capitulum 2m de cura cere-

Cerebri curatio est frigidi brevi
sic dicit Aristotiles et contrari-
um eius calor est cordis. Quoniam non
potest esse membrum in aliqua complexione
pro sine contrarietate alterius et
ideo ingeniata est natura et posuit
cerebrum in opposito cordis et post hec
calidum caput propter ingenerationem
post creationem cordis. Cerebrum
est candidum extra et aqua. Ideo fri-
gidum. Cerebrum diuiditur secundum Gal-
lienum in dextram et sinistram partem.
Habet enim mediam lineam ut phi-
sici dicunt quia uentriculi medii
discernunt cerebrum aut non est sup-
fluitas neque est ex membris continui-
bus sed natura eius est natura ethna
idest uena membrorum ceterorum in
corpore. Cerebrum magis formatum est
a sanguine omnibus humoribus quam
sunt in homine cum nullus sanguis
apparet in eo ipse hic est substantiam

aut quia sanguine caret/ ideo non
est in eo pars ut magna vena de
cerebro non habet sensum tactus/ sic
nec sanguis/ nec aliqua superflui-
tas animalis voluit cum nonnulli
experientias quod cerebrum habet sensum
destructionis/ non alterationis/
idest cum destruitur tunc sentit et
non cum alteratur. Cerebrum non est
in corporibus nisi ad generationem na-
ture. Homo maius cerebrum habet
secundum magnitudinem corporis sui ali-
is animalibus. Et est cerebrum vi-
rilis maius cerebro mulieris omnium
cerebrorum medio ut dicit plinius
sunt parva ossicula/ et ut dicit
[illegible]/ ipsum cerebrum hominis nec va-
let siccum et humidum ipsum due [margin: + nec valde humidum]
tele/ quarum fortior illa que est
prope testam. Hec sola recipit lesio-
nem alia vero minima. Cerebrum
non indiviso dividitur anterius et poste-
rius/ posterius est divisum cum loco
compositum anteriori. In medio cere-
bri est locus profundus et longus
tela ultima que tenet cerebrum
illa scilicet que prope testam est pertransit
venis in extremitatibus in loco pro-
pter debile continet cerebrum/ et hoc
ab illa parte ubi collum coniungitur
capiti. Omnia animalia ut dicit
plinius que cerebrum non habent non
dormiunt. Hec cura contra dolorem
cerebri et capitis. Accipe absinthii [margin: an]
[above: poponetzi] virtutem et edere tres [illegible]
mul teris et addas mel et albu-
men ovorum/ et capiti illinias et
desuper pannum lineum ponas. Item
papaveris semen teris et cum ipso
pulvere cum oleo et cera cerotum
facias et in capite et in fronte po-
nas. Item plantaginis succo et

[above: bzyka] bete/ cimulis crispi et lactuce mel-
le addito oleo et aceto/ et parum
de vino simul misceas et ungas ca-
put in die ter et totiens in nocte
ad sternutandum mitte nares aut in fistule
ubicumque fluit. Herbe plantagi- [above: ytrocrub]
nis succum cum ipsi cum lana mol-
li imponat et per dies octo sanat.
Item ad purgandum caput accipe
de vino bonum sextarium et sextarium/ hic
dicitur unus magnus haustus
hominis et plenum pugnum de farina
tritica et tantum de simila [above: zeboyka] et
mittas in olla ut ad igne fer-
veat et sit medio nec durum quod
cum sit molle mitte in sacculo lineo
et pones super caput. Item contra lan-
guorem capitis abrotanum [above: bozy drzewce] tere
et distempera cum aceto. Item contra [margin: kolbolbryk]
dolorem capitis herbam sanguina- [margin: neb krzyzel]
riam in manibus fricetur et continuo
sanguinem de naribus emittes et le- [margin: modri]
vius habebis. Item ad dolorem lum-
borum in facie balnea [illegible] cum
melle comedas. Item [illegible]
[illegible] cum dulci potu antequam bal-
neum intres bibas. Item betonica [above: rabczynze]
in potu data colorem plumbeum [margin: opich]
emendat. Item aqua coctio apii
cum bibat et semen eius cum vino
Item si pueri caput [illegible] dolet in
[illegible]/ spinas [illegible]
et ponas in vas [illegible] super
ipsam aquam et sinas per [illegible] et
noctem sic stare/ laves ipsa a-
qua caput [illegible] et manu
fortiter imprime. Capitulum 3m de capillis capitis

Capilli capitis ex fu-
mo calido et grosso/ qui ex
[illegible] humoribus est nascuntur
et crescunt autem ubi calor exce-
dit naturae/ [illegible] per abstinentiam

cam albi / propter infectos humores ut
in lepsis / canis quidem sepe / sed
et in mulieribus et spadonibus nature
nunquam et in nullo ante veneris
usum. idest tempus quo venere
uti potest / Et hoc propter frigiditatem nature
Aristoteles dicit in libro de anima
quod capilli sunt ex primo calidi et
sicco resolutis / ideo non ledu
ntur cum incidunt / In frigidis regio
nibus ut dicit aristoteles anima
lia vel homines stratos ac pende
tes capillos habent / albosque sicque
cius ac rigidos / in calidis vero
nigros / sepe ac crispantes per
omne corpus. Omne animal multo
rum pilorum ut dicit aristoteles coniunctis
avis multarum plumarum est multi
coitus vulgaliter animal est mul
torum pilorum in capite preter quam
homo / Et hoc necessarium fuit ei propter
humiditatem cerebri / ut filis cu
stodiant a forti frigore illud et a ca
lore nimio / In capite animalium ce
terorum homini pilus infra cerebrum non
calvescit homo / aut infra [illegible]
aut circa tympora / aut circa aures
Dicit plinius quod pili crescunt per
aliquos dies etiam in defunctorum
semi corporibus Cura ad capillos
cerzicha
fluentes herbe nasturcij sucus
illitus prodest. Item raphanum cum
melle tritum capillos restituit
Collige de herba pollitrico fisti
culos mittes in aquam per tres di
es / et postea tundes et coques oleo
sarle
et caulibus et axungia anseria
Et hoc totum commiscebis. inde caput
perunges cum calidum fuit / et capilli
stravzek
renascentur. Item argemonia trita
cum lacte caprino pones super caput
et valebit. Item ut capilli spissi fiat

nitas in maiorum cortice visto et vino
trito et unge. Item ut pili non ca
dant lini semen combures com
miscebis que cum oleo et caput inun
ges et cetera. Capitulum 4 de sompno et vigilia

Sompnus nichil aliud est
ut dicit plinius quam
animi in medio se recessus. Aliam
diffinitionem dat aristoteles in libro de
sompno et vigilia. Sompnus est
in potentia animalium virtutum cum in
tentione naturalium et nutritivarum
[illegible] Pueri an trium annorum et
quartum non sompniat. Fuerunt in
venti homines qui nunquam sompnia
verunt ut dicit aristoteles / et quidam non somp
niaverunt nisi in senectute / et per sompno
dum accidebat illis vel mors vel
infirmitas. Stupor aliquis inest
est ut dicit philozophus quod sompnus
oculis clausis. Si quis dormire
non potest et insompnietate laborat
utatur hoc oleo. Ponat poma man
dragore in oleo et putrescant et
postea bulliat et colet. Eodem ad
dunt semina papaveris albi et folia
et semen portulace et lactuce et se
men iusquiami et herbam eius
et umbilicum veneris. Istud est oleum
mandragoratum hoc inungunt
tympora pacientis et frontem et vole
manuum. Istud etiam valet contra
desipationem cerebri / testificatur etiam
ad sompnum provocandum fiat fo
mentatio pedibus ex aqua de
coctionis herbe morarum. malue
mirtus frondium lactuce et fron
dium papaveris aut seminis eius
admixtis rosis. hoc idem et capiti
fiat postea unguant tympora et
frontem et plantas pedum / oleo ros
aceo vel violis / vel populeon ad

naxtra agresti vel aceto frondes
insquiami et lactuce sup tympo
ra adidem valent. (Letargia) Litargia est
apostema flationum cum febre in
puppi cerebri natum cum mentis
oblivione. Dicitur enim litargia a
late quod est oblivio. Signa sunt hec
mentis oblivio, oculorum clausu
ra et stupitudo, febris indeficiens
nocitur paciens nix videt exci
tatus mox ad sompnum convertitur
urina alba spissa et livida. Hec est
cura. Ponatur paciens in loco luci
dissimo, faciei frequenter aspergatur
aqua frigida vel vino, excitetur
et trahantur pupillos ut dolorem
senciat. Aliquis confabuletur ei et
ludat cum eo. Interdum utatur sirup
po acetoso vel oxizaccaria calida
purgetur cum decoctione agarici po
lip. molle, turbit mirabolis
kebuli. Abraso capite unctio fi
at ex oleo laurino. Fiant cata
plasma capiti ex pulice vel napi mo
dico euforbii temperatis. Similiter cum
succo rute. Sternutamenta provoce
tur pulvere piperis in iecto nari
Nota bus, cibis utatur febricitancium. Est
alia cura. Si quis dormire non
potest accipiat opium id est papaveris
semen et spumam argenti contere
ret cum albugine ovi et stam
emplastrum ponat in fronte sua
et dormiet. Item facit insquiami
ret folia eius in temporibus liga
ta. Item lactuce semen solue cum
aqua et calidis bibe. Capitulum 6. De oculis

Nota Oculi pars sunt cordis
porcio preciosissima ut dicit
plinius et que lucis usu vitam
distinguit a morte. Plus in membri
one efficitur oculi. Proxima cor et

inde est quod tanta convenientia est
inter oculos et cor. Et quidem ratione
actu est ut dicit aristoteles ut sensus
visus est frigidus et humidus quem
admodum est aqua. Calidus eius
est fixa remanens et nullum me
brum est in corpore frigidum et hu
midum nisi tantum cerebrum et ocu
lus. Oculus quippe habet corpus
quod non habet aliud instrumentum sen
sum. Et illud corpus est frigidum
et humidum ex humore continente ce
rebrum. Et quod ex eo exit vel humidi
est et humidum valde et visit primas
precedentes ex oculis ad telam continue
tem cerebrum. Sensus visus in an
teriori parte capitis est quod quidem videt
animal quod anterius est. Et sen
sus visus est valde subtilis. Obtici
nervi nervus est qui dirigitur a cere
bro ad oculum et hic inter omnes ner
vos corporis solus concavus est.
Oculi in homine appropinquant cerebro
secundum magnitudinem ipsius plus
quam in aliis animalibus. Ambobus
oculis apertis una videri una vir
tute dirigi nec unus aliquid
videt quod alter non videat. Visus
secundum humorum malicia que in
videte est inficiat subiectam ma
liciam addit ut si unus mensium
continue frequenter speculum aspi
ciat ipsum quasi quadam rubigine
inficiat. Magna dubitatio obdu
cit visum sic morbus caduci
nec videat patentibus oculis tem
tus cesar solus natura habent quod
in tenebris noctis cum evigilabat
velut clara luce videbat set non
mora obducebantur tenebris o
culi sicut in aliis fieri solet. Alii

contractur longinqua alii non nisi
prope admoti cernunt. Omnium ocu
lis inhabitare respondent. Hinc et
signa oculi moderationis clemen
tie odii misericordie amoris tri
sticie. Unde dicit Plinius quia
in oculis animus habitat. Ex multis
et membranis septem secundum Constan
tinum constat oculus, tres sunt hu
mores, quorum unus vitreus, ali
us cristallinus, tercius aqueus.
Aristoteles in libro de anima dicit quod o
culus ideo est rotundus ut mi
norem paciatur lesionem. Nec non
enim forma est rotunda tardius le
ditur, huius medium ut dicit Plinius
cornea pupilla fenestravit. In o
culis est adeo absoluta vis speculi
ut tam parva illa pupilla totam
ymaginem reddit hominis. Post
vicesimum annum multis restitutus
est visus. Frigida apponenda sunt
oculis non calida quia calor dis
Nota solvit. Oculorum dolor fit de sanguine
et tunc circa alba oculorum apparet pas
sio in angulis eorum vene tur
gide et vene frontis tument. Fle
botomie remedium in tercia vena
et pariola ruta cum albugine ovi
panno subtili vel bombace ex
tincto et de nocte supposito. Si de
colera dolor est frontis, dolor acutus
adest punctura oculorum palpe
brarum excoriatio. Cura eius p
sillium in aqua rosacea vel plu
viali infusum pedicem et oculis
appositum valet. Item lac mulie
ris masculum nutrientis cum aqua
rosacea oculis infusum prodest.
Dieta utriusque est quod a vino om
nino abstineat vel si contingat bi

lymphatum clarum et album sit.
Abicere multum lucidum caveat. Si
lacrime fluunt de oculis aquosi
humoris significat habundanciam
purget caput cum paulino. Ablu
endi sunt oculi cum aqua decoc
tionis lenticularum vel aqua plu
viali tepida. Vel stricatorium fiat
de mastice et aloe. Caveat a fumo
ignis et pulvere et vino. Ad caliginem
oculorum tollendam. Adipe vulpis
linies et minuit caliginem tollit.
Ad idem leporis fel cum melle
mixtum. Item ad caliginem vel al [Wlastolbrzinek]
buginem tollendam herbe celi
donie succum cum sua radice teres
cum vino veteri et melle addito et
pipere albo pulverizato et inde in
unge oculos et perfectissime albu
ginem tollit. Succus ipsius feniculi
verbena rosa celidonia ruta. Ex
hiis fiet aqua que lumina reddit
acuta. Ad maculam oculorum. Celi
donia in idem colligitur et panno li
neo exprime et stilla in oculos et
maculas tollit. Item accipe ru
bram testitudinem et divide per
longum et suppone. Ad oculos lacri
mosos. Rute succus cum melle ad
dito equis ponderibus in mixt
us liniti inde oculi numquam dolebunt.
Ad sanandum percussum oculum folia
agrimonie quam lappam vel spinam
vocant et albumen ovi tere et
pone desuper et pene curatus
erit sanatus. Si subito rubuerit
sanguine et per sanguinem extendit
plantaginis herbam tunde et
commisce albugini ovi et superpone
ligatam super et mox sanat. Item
menta commasticata et super oculos

posita sanat. Si suriones come-
dunt oculos abrotanum et betho-
nicam coquas in oleo et super non
lotam lanam ponas et super oculos
liges. Si diu oculos moctilis su-
norum molestias sanas. Item mir-
ra cum aceto pari porcione commi-
sce et collirium facias et oculos
inungas. Item subsequens compositio
in cronicis Augusti cesaris rep-
eritur qui ea libentissime utebatur
et eam omnibus commendabat. Re-
cipe piperis albi asses ii croci ii bal-
sami ii fellis vituli ii mellis
attici ii vini veteris cyatos du-
os feniculi succus cyathi unum
ita compones. Piper et crocum
subtilissime teras et inde commis-
ce vinum et succum feniculi partes
dimidias et quidquid superfuit iterum
superfundes semper terendo pulve-
res et paulatim superfunde liquores
donec spissime fiat. tunc bis tertio
et lenigatum ad modum collirii bis
pone in pixide cupa et ampulla
vitrea. Unge quando uti voles exce-
piens diligenter ne nimis acre
sit ita quod pati non possis sine
magna lesione et admixtione
facias leniorem plus apponendo
de melle non nocebit. Teste ba-
mi et cameina pulvis sit qui
super omnia visum clarificat et red-
dit etiam diu amissum digesti-
one confortans et corpus confirmans.
Rx cinamomi cardamomi zede-
arii galange ana ʒ ii pulegii
ii ysopi calamenti saturie
nepite betonice rute radicis
dalamonis origani mente sal-
vie ana ʒ i et ß [illegible]

omnium cuminum maci petrosilii
apii carvi levistici semen si-
moni ameos anisi siler mo-
tani et cinz ana ʒ i et ß. Gariofi-
lis nucis muscate balsamine ana
ʒ i et ß croci ʒ et ß. Aloine li-
ber ß spice nardi et reolice ana
ʒ i. Hinc potes cum omnibus ci-
bis comedere vel quocumque modo eleg-
eris. Item contra ruborem oculorum
et contra dolorem et fluxum eorum.
Nota. Accipe primo et facias restrictorium
et pulverisato thure et farina or-
deacea et albugine ovi et fac em-
plastrum super totam frontem. Ex
sucto accipe ovum coque quod vig-
ne fortissime ita quod non effluat
et valde durum sit. Postea depone
testam vitellum statim expone
et loco vitelli pone gemmam sa-
lis ita quod non ex calore ovi li-
quescat. Postea pannum extor-
que fortiter et ovum cum gemma salis
liquefactam et illud quod expressi-
sunt inde collirium pone in oculis.
Item si punctiones oculorum sentis
accipe vitellum crudi ovi et micam
panis et lac mulieris et simul tere
et primo posito linteo tenui vel
stupa super oculos desuper pone
ipsum emplastrum. Capitulum vi de palpebris.

Palpebre enim dicuntur
ad tuitionem certe sunt et salu-
tem oculi ut claudat oculum
animal quando quiescere vult et non
claudat ipsum extrinsecus aliquid.
Palpebre ergo sunt quasi sepes
que prohibent ne in oculum morbum.
Capitulum vii de naribus.

Narium compositio est in homine fora-
men tortuosum inter ... ut dicit

aphysic porta ment et cuiq simis
molle quod adq puenit simul o
mis a cipo redditur ad cerebrum
Et non e una exitus a cerebro ad
aurem Exit a cerebro una vena
vadens ad aurem dextram et alia
ad sinistram et motus aurium est
sup ipas venas et omne animal ha
bens aures habet eas mobiles pt
hominem Itaq impositioi pte ca
pitis i strumentum e auditus
et non sine ratione qm pars illa
e plena aere et non e ibi caro
neq cerebrum continuu qz instru
mentu sensus auditus e aereu
et hinc ordinavit natura instrum
ta sensuu que etia posuit sensu
auditus i medio capitis rotu
di et nom auditus audit nec
solu sonu? sic si retroq ac Et qm
dem sensus auditus et odoratus me
totivne sunt cu aere extrinseco
plene spu naturali habente tu
situ ad venas subtiles extensas
no a corde ad cerebrum Auditus ipedi
mentum ex febre aliquod vel apo
plexia venit difficilis cura Que
titate etiam fit vel lesione pcede
te capite purgato soluitis aggres
so et mixtos humore detur aliq
opiatibus ad cerebri confortacom
Contus triphera et specialis cum
oleo laurino tepidus auribus
i fundat Item succus seperum
et aliorum balsamum gutta i muitus
aurium auditus e mediarias q
litates ad hoc valet succus ra
phani cu lacte mulierum ventosita
tne stricti ficate Item acetu sim
plex cu oleo tepidum et i mcant
absinthe quae generat ventositate

Ad formam vel fistulam manueme
te valet et totum induci
aure et hoc faciendum si pauci
e mania si no multum tempus
ius pcessit e Item succum expr
me et auribus infunde sepius
et sanat no audientes audire Et
multi urina pueri masculi qui
ligo e Item cinapi viridis se
minis succus idem facit ad ex
ulceratis aures adeps gallina
cius solutus et tepidus i fusus
multu pdest Ad dolorem et pu
tiones aurium oleu rosatu cum
adipe anserino resoluto i fun
de et pdest Item pinguis ra
deps anguille i iectus hic facit
Item salicis foliorum succus cum
rosa liquida i pcutanne mali   ffalo de Jablcs
punici calefact et instillatis m
re valet Item cepe succus cum
melle mixtus et instillatus valet
contra obtusum auditum Dolores
aurium sedat pinguis et tas expellit
vermes necat Item ova formicarum
cu succo barbe iovis tepefacta au
ribus instillentur et pdest vermes
Et vermis i spissus aurem sint
simile oleu succu capparis ca
lamentu et instilla auribus et
eicit vermes Item i funde succum
foliorum persici arboris vel succu
rute capitolu viij de naso   gelbena lebeda

Nasus instrumentum e odora
tus et sicut dicit aris pprium
e anhelitus et via aspiratiois
qm ventus ultiplicat i cerebro
Qia qtinua e odoratus cu aere
extrinseco plena spu nali habente
tu situm ad venas subtiles ex
tensas a corde ad cerebrum Narium

passiones diverse sunt. Est fluxus
sanguinis ex habundancia humo
ris et sanguis in eis/ et tunc re
medium est de vena mediana sol
vis. In naribus iniciatur de testis
ovorum combustis. Item stercus com
bustum. Item stercus asininum forti
aceto aspersum comburatur et pulvis
naribus insuffletur. Item stercus
porci calidum involutum panno po
natur ad nares et odor recipiatur. Suc
cus herbe cum herba sanguinaria.
Item sanguis qui egreditur combu
stus valet. Dieta sit carnes as
sas comedas aceto infusas. A
vino forti abstineas et a coitu et
a labore. Contra est constipatio
narium ex humore apta terebinti
ad nares detur recte. Cuius signa
sunt frequens narium emunctio
olfactus impedimentum narium
opilacio. Si ex humore repletu
ra sit cognoscitur per modicitatem na
rium emunctionem et capitis gra
vedinem purgetur caput. Item
marzeska vel brion
detur rubea cucurbitaria cum iti
dormitum. Caput vaporetur
cum sitello pleno cimino et flo
ribus pulegii. Sacculus quo
que aliquis ponatur super caput ple
byela lebeda
nus ordeo i vinitio fiat capi
ti ex oleo nardino et ex oleo in quo
resolutum est castoreum. Ladda
num similiter valet. Fomentum
fiat pedibus ex aqua decocto
nis palee ordei et foliorum lau
ri pullegii flecte alliorum et bene
totus cooperiatur paciens ut su
det vel accipiat calidam aquam et
iniciatur cineres candentes igne
ita quod caliditatem adtraiam per item

plenum fiat cineribus/ et in ipsa
aqua et cineribus ponat pacı
ens pedes et tibias usque ad ge
nua et ponantur magna et bra
chia in aqua simul et optime
cooperiatur caput quod sub vestibus
teneat/ ita ut sudet. Hoc valet
maxime in hyeme/ quando frigus
intensum est. Fiat aliud fome
tum naribus ex vino decoctis
zyhalbige
urtice mente ysopi pulegii sal
vie et ropiro. Communis est cura in
quantum frigida operatio faciendi
cio est nec nimio. Ca. ix. de bar
ba vel

Barba in hominibus di
stinguit virilem sexum a fe
mineo et de superfluitatibus nascitur.
Barba magna in viris calidis
minor in frigidis. Menti oris
tantum ad genas preterea colli in
que adamas occupat barba. Quod autem
femine quam barbam habent super imbe
hoc signum caloris in eis est. Spado bar
ba caret/ quia si vir barbatus testi
bus induitur cadent de barba pili.
Virilis frustratur audacia feminis
apparebit. Capitulum x. de ore et

Os instrumentum est gustus/
per hoc omne animal vitam bi
vens vegetacionis suscipit in
crementum. Sunt omnia animalia
secundum quantitatem corporis sui homo
os parvum habet. Cetera autem anima
cia quatenus magnum et amplum at
que longum habent. Contra homo rotun
dum atque angustum et in hoc nota
per harmonie libus qua homo de
excellere omnes bestias atque rep
tilia habet. Contra humana ora pa
tent in sermone et vesica mods
contra ipsam naturam rixantur
hyancia vel corporibus in gustus et ta

nus continui sunt cum corde. Sen-
sus gustus. Tres vero sensus re-
sident in capite sunt/ et sensus olfatus
est in medio/ et sensus visus est sup(ra)
olfatum et in lateribus capitis sensus
est auditus. Et sensus visus est
in omnibus animalibus super sensum
auditus. Virtus gustativa maxi-
me in palato oris consistit. Si
os fetidum fuerit sequitur ab-
luat cum aceto decoctionis frondi-
um cappari vel pipe(ris) vel mirti et
utatur pulvere cynamomi. Si de
gingivis sit fetor ablue frequenter
predictis. Si de dentibus ablue den-
tes cum pulvere et saluia/ et sic dentes ra-
di ferro et dens aliquis putridus
sit eiciens eum. Et os bene oleat
gladiolum cum vino veteri/ et
exco frequenter os lavet/ et diu in
ore teneat/ et fragrancia ori prebe-
bit. Radicula feniculi apta/ resina
terebintina induta optime sanat
ad torturas faucium cum ardent.
mel despumatum cum croco tere/ et
inde fauces tangas/ aut gargari-
zes. Ad scissuras labiorum sepum
caprinum adipem anseris/ et resina
equis ponderibus accipe et permi-
sce. Si vero invalescit album gre-
cum unde supsterge et post predic-
tis utere. Capitolum xi de dentibus

Dentes in homine sunt utiles
ad digerendum cibum com-
minuunt aut ore receptum cibum
et ad interiora transmittunt. Dentes
pre omnia soliditate fundati ut pli-
nius dicit comburi non possunt
cum reliquo corpore sed invicti ma-
nent illesi ubique qui tamen
invicti ubique tabe consumuntur
unde dicit Ambrosius in exameron

quod omnia animalia que magna ma-
nent et sunt dentata dentes con-
separatos et rarios habent ut cito in-
cidant/ et cibale sine mora in ven-
trem transmittunt/ ne aquarum al-
luvione dentibus eorum esca pos-
sit auferri ac diluvii. Quidam pi-
sces sunt qui dentes habent inquit
tamen denique non ruminant/ solus
piscis scarus excipitur qui rumi-
nare perhibetur. Econtrario boves ut dicit
aristoteles et omnes et multa alia
animalia ex una parte dentes habent
nec utrique parte est armata denti-
bus/ quia necesse non erat quia ru-
minant/ et in delibacione masticant
et cibos ad interiora transmittunt. Den-
cium tria sunt genera ut dicit plini-
us. Continui serrati exerti/ serrati
pectinatim coeunt/ ne contra-
rio cursu atterantur ut serpentibus
canibus piscibus. Continui dentes
sunt hominis equi atque similiter. Exer-
ti dentes sunt aprorum ypotami
elephantis cornua habentia nulla
serrati dentes sunt. Dentes maxil-
larum nullum animal mutat. Homi-
ni novissimi dentes qui genuini di-
cuntur circa vicesimum annum. Sed
quibus in iuventa non fuerunt nati
deciderunt in senecta sed mox re-
nascuntur. Mutianus dicit quod post
centum et quatuor annos vidit in
quadam muliere nasci predictos
dentes. Canini dentes amissi non
renascuntur. Masculi plures dentes
habent quam femine/ et in homine tauri
capra. Colores dencium sunt sic
colores ossium quod patet in corpo-
ribus. Omne animal agreste ut
dicit ~~…~~ sus ferrum in dentibus

ut canis comedit carnes. Et o-
ne animal habens dentes similes
lambit aquam lingua. Animalia
autem que habent dentes equales
ut bos sugendo trahit aquam
in ventrem suum. Animalia que sunt
multorum dentium sunt longe vite,
illa que sunt paucorum sunt bre-
vis vite. Dolor dentium fit ali-
quando de vitio stomachi. Humor enim
ascendens de stomacho ad radi-
ces dentium fit causa doloris, et
tunc dentes in inferiori dolent
et fit gingivarum inferiorum tu-
mor et nausea adest et fastidium.
Fit etiam dolor dentium ex vitio
capitis humore a capite descen-
dente, et tunc dentes superiores do-
lent, eo quod viciniores sunt cere-
bro et tunc solet maxilla tume-
Nota fieri. Omnis ergo de stomacho sive de
capite fiat duplicatur fit. Vel de ca-
lido humore vel de frigido. Si ex
frigido dolor est, tunc algore de-
tinetur sputamine habundancia
et hoc frequentius accidit frigido tem-
pore. Omne ergo de causa stomachi
sive capitis si ex frigido humore
passio fuerit purgandum est caput
vel stomachus blanca vel picra
vel paulino. Fiat gargarisma
ex vino decoctionis piretri vel casto-
rii. Sacculus plenus tosto sale
supponatur maxille. Si de vitio
calidorum humorum dolor fiat, et
hoc de sanguine gingive tumide
lorem corporis et fugat ventos et
bonum reddit oris saporem Dein
sede cum amicis et hic cum sapientibus
et loquere de hiis que cordem habe
rident Cumque voluntas comede
di iuxta horam consuetudinis af
fuit vel modico corporis labore mo
vendo scilicet corpus vel equitando
vel eundo vel simile quid agendo quia
hoc exercicium est iram frangit velosi
tates ventos aptat corpus et cor
roborat atque alleviat et calorem
stomachi incendit et stringit com
pages et liquefacit residuos ac
superfluos humores et flegma et de
scendit cibus super stomachum atten
sum idest calidum et animum exci
tatum ponantur ante te cibaria et
comede ex hiis quos elegeris iuxta
desiderium cum pane equaliter ferme
tato vel levato qui est perfecte fer
mentatus et pone ex cibis que debes
ponere et postpone ea que oportet
postponi ubi gratia Si comederit
homo in principio unum pulmentum
molle molliens ventrem et aliud
retinens secundum fuit levius facit di
gestum Si vero retinens ante come
derit postea molle confundit utro
que Similiter si iunxerit homo in una co
mestione plura pulmenta et mollia
que cito digesti possunt oportet ut
precedat aliud retinens in profundo
stomachi calidior et forcior est ad
molendum eo quod sunt ideo partes car
nis que coniuncta et vicina est epati
cuius calore cibi coquuntur et debes
erigere manum id est cessare a comestione
donec adhuc voluntas et desiderium
remanserit comedendi quia super

fluitate cibi angustiatur pectus et
animus et remanet cibus in fundo
stomachi Similiter detrahe animum
a potacione aque super cibum donec
cibi in consumptione veniat quia po
tacio aque super cibum infrigidat sto
machum et extinguit ignem volu
tatis et confundit cibum et gignat
impedimentum Si multum bibitur
quo nichil corpori deterius est Ergo
si non potest fieri quin aqua bibatur
et tunc sit per tempus seu minimum
calorem stomachi aut ciborum aqua
bibatur modicum et sit frigida et cum
refectus fueris incede super strameta
pulvalia atque molliora Deinde dor
mi temperate et dormi una hora super
latus dextrum deinde revertere ad sinistrum
et super eum perfice dormicionem et scias quod
dormicio ante prandium macilentum
reddit corpus et exsiccat humidita
tem eius post refectionem autem dormi
cio reficit et implet Et tunc ne
itum comedas donec levissime cognosceris
ventrem stomachum esse vacuum atque pur
gatum a primo cibo et hoc cognosces
per desiderium idest cum comedendi habe
corporis volutatem et per subtilitatem
saliue ad os decurrentis Cum aliquis
cibum sumpserit absque corporis neces
sitate idest sine comedendi desiderio
invenit cibus calorem naturalem
veluti frigidum et solidum Si vero
cum desiderio sumpserit cibum invenit
calorem stomachi veluti ignem ac
census Et cum tempus habes desideri
um comedendi debes statim come
dere quia nisi cito comederis statim
implebitur stomachus pessimis hu
moribus quos subtrahit de super
fluitatibus corporis et conturbabit ce
rebrum vapore pessimo et cum postea

Augusti estas de. a medio augusti usque ad medium

assit tibi sit tepidus quo prodest
corpori. ¶ Terciatur equidem anni tem-
pa sunt que sic distinguuntur. A me-
dio marcii usque ad medium iunii
ver habeatur. A medio autem iunii
usque ad medium decembris autump-
nus muniet. A medio siquidem
decembris usque ad medium marcii
ubi ver incipit hyemps sumitur.
Debes ergo sollicite custodire ista
anni tempora. Cum enim ver est tempus calidum
et humidum temperatum aeri simile
et excitatur in eo sanguis et prodest in
eo sanguis et prodest in eo omne quod
sunt equalis complexionis id est tem-
peratum ut sunt pulli gallinarum
et coturnices et oua non suffulta
sed usque ad sex et lactuce agrestes et
lac caprarum. Nullum etiam tempus
illo melius nec utilius ad minuti-
onem et prodest in eo motus cor-
poris solutio ventris usus balnei ac
sudoris et potiones et species ad diges-
tionem id est purgatoria et quidquid cor-
porum medicine exonia videlicet ad
digestione seu minutione acciderit
hoc tempus abilitate restaurat. ¶
Hinc sequitur estiuum tempus calidum
et siccum in quo excitatur colera
rubea et oportet in eo tamen abstinere
que sunt calide et sicce complexio-
nis quibus excitatur colera rubea.
Abstinere quoque et potatione et nimia
saturitate ne extinguatur calor. Et
comedatur in eo quibus frigidum sunt
ut carnes cum aceto et cucurbite
et pulli saginati ex farina ordea-
cea et fructus qui acris saporis sunt
et mala acria et mala granata et
similia acria. Qui autem matrimo-
nio copulati sunt copulam pre-
petant et abstineat a minutione

nisi necessitas sunt et motu corporis et
balnea habeantur per. ¶ Sequitur au-
tumpnus tempus frigidum ac siccum
in quo colera nigra consurgit. Opor-
tet ut in eo sumantur quidque ex cibis
calide et humide complexionis sunt
ut sunt pulli et agni. Uve quoque
dulces vetus vinum atque subtile et
abstineat autem ab omni quod gene-
rat coleram nigram. Motus cor-
poris plus expedit quam in estate.
Balnea quoque et purgatoria licite su-
mi possunt. ¶ Post hec sequitur hye-
male tempus frigidum et humidum
in quo consuetionem reddere oportet
cibos et medicinas calidas
ut sunt pulli columbarum et arie-
tina caro cassature et vinum pas-
sa pigmentum calida siccaque et nu-
ces et vinum rubeum optimum et
sumantur electuaria calida. Absti-
neat autem a solutione ventris
atque minutione sanguinis nisi mag-
na necessitas cogerit et tunc oportet
minutri a dextra id est calefieri et uti
fricatione corporis cum unguentis
optimis. Nec impedit in hoc tempore
motus corporis cum unguentis calidis.
Caue ergo o Alexander et custodi
hoc preciosum exemplum. Omni autem
custodia calorem naturalem serua quia quam-
diu in homine peruenerint tempera-
tus et humiditas mensurata et
excedit restat cum excadem ca-
lor naturalis tunc vita et salus credi-
tur permanere. Nam duobus modis
inveterit homo ac desiat uno
scilicet naturali ac debito quod ex senectute
te peruenit in homine et dominatur ipsum
corpus destruit et alio accidentali
ex infirmitatibus et curis pessimis
impinguat ergo corpus et humectatur

quies et sanitas ceteris ciborum dul
cium et potacio lactis dulcis et calidi
potatio vini dulcis et dormicio
post comestionem in locis humidis
et frigidis/ et ingressus balneorum aq
uarum dulcium et sedere in illis modi
cum ne accipiat balneum ex hu
miditate corporis sed magis corpus
ex humiditate balnei recipiat et
odoriferentur herbe odorifere vel
quidquid boni odoris sit. Similiter
tamen contingit temperatum et sed
maxime in estate ut sunt rose et
viole. Expectatur autem vomitus sel
tono quoque mense et maxime in esta
te quia vomitus lavat stomachum
et purgat eum ab humoribus pessimis
ac putridis et cum pauci fuerint hu
mores in stomacho confortabitur ca
lor ad digerendum et implebitur corpus et
irrigabitur humiditate et pinguedine
Abeo autem melius atque utilius si
cum hac dispositione contingat ei
habere gaudium et leticiam racionalem
spem quoque et fiduciam piam implere
libros delectabiles audire et legere
cumque audire/ et cum dilectissimis c
onversari. Contraria siccant corpus et
debilitant comedere minus mediocri
ultra mensuram laborare pluri
mum frequentare ad solem stare/ extra
mensuram ambulare dormire
ante prandium et hoc lecto durissimo
balneari in aquis sulphureis/ et
cibos salsos et acetosos frigidos sic
cos comedere et multum vinum ac cor
ruptum bibere multum quoque digerere
et sanguinem multum minuere et vene
rem mensuram excedere mentem
sollicitare metiri et cogitationes
pessimas ac tristes frequentare hec
Hec omnia debilitant corpus et siccant
Explicit epistola de pl. Sequitur in

De septem etatibus hominis et primo
de prima etate que est infancia
Infans capitulum lxxviii recenti
natus omnium animalium nascencium
debilitatem excedit et hoc ut dicitur
est quia de sanguine menstruo nutri
tus est et currit pullus omni egredi
ens sic et quadrupedium fetus quo
niam nocte dum deambularet in
paradiso adamum post meridiem
ubi inquit adam ubi es/ ubi tu et
filii tui et heu quidem qui calamitas
actuales miserias talesque erump
nas prece deiecti sumus deprehendentes
piscorum incipiunt oriri septimo
mense/ et hoc magis lacte calido
pueri non possunt vigilare et quanto
plus acsumunt tanto magis possunt
infancia dicitur etas in qua non
loquitur puer infans enim quasi in
fans hec etas se extendit usque dum
loqui possit hec ceteris etatibus
purior/ quia nec ore contrahit cor
ruptelam Capitulum lxxviii De se
Puericie/ cundis est pueritia etc.
etas est a tempore quo loqui in
cipit puer notandum autem est quod pu
eri tardius ire incipiunt magis
loquuntur non loquuntur autem donec
ventriculus ille qui est in occipite ca
pitis super frontem desiccetur et testa
capitis contrahatur in splendidum/ pro
inde ut dicitur virtute discernen
di vel rememorandi plus homo habet
et hoc patet in pueris sed cum puer sig
et semen uterus sequentur quatinus
primo non differt in discernendo
rebus anima pueri et anima animalis
Sed natura graditur paulatim an
imam et animum et informat sensus
sedum species ostensis formis et imag
inum memoriam reputatis et

impressas fortiter singulis annis ut
dicit avi⸗ crescit puer staturę sue
medietatem in residuo autem sui
reliqua medietate Hec etas pue
lis extendit usque ad quintumdecimum
annum et dicitur puer a puritate que
in paucissimis pueris manet usque
ad statutum tempus pubis cum ma
licia eum super excrescit naturę in
talibus Capitulum lxxx Tercia etas ado

Adolescentia Adolescencia res
etas tercia est que a xiiii an
no incipit Hinc fit abilis homo
ad generacionem seminalem in eo vir
tutem natura generat Quartodecimo
anno pauci generare incipiunt Sexto
decimo anno plurimi Tunc hinc
frena laxantur luxurie libido dua
ta corporibus Dampnavit virtutes na
turales et miseros statim citra fatiga
cione debilitat ut cum robur corpo
ris animique habere deberent iam
membris omnibus dissoluti effe
minati pocius dicendi sunt quam
secundum vocabulum viri intitulari Unde
consultum esset atque prudenti
consilio plurimum libidinis dif
ferre usque ad annos xxv Tunc enim
perficiunt membra nervi et ossium
ligamenta et homine confortantur in
cessatque in longitudinem statura
corporis crescere Hec etas durat
usque ad xxv annum et inde incipit
robur Capitulum lxxxi Quarta

Robur etas quarta etas robur
est et ha xxxv anno in
cipit Hinc enim perfecte statura robo
ris latitudine et longitudine cum
pit homo Hinc paulatim in ho
mine libidine moderata adalia

naturalis fortitudinis exercicia me
bra disponit et dum forte fortit
mutatur viribus perfecte senec
tus ondit in emulos et se or
tis contencionibus et rixis ista etas
intendit ac superbie subiacet
maiorisque dispositis ac predicionibus agi
tatur Hec etas durit usque ad qu
quagesimum annum et inde incipit
senium Capitulum lxxxii quinta etas

Senectus etas senectus res
Senectus quinta est et hec incipit a qu
quagesimo anno Senectus ut dicit
Ysidorus Non est aliud nisi senectutis
signis Unde illi qui paro sunt
despiciuntur cito senescunt Hinc ho
decrescere incipit secundum plurimum tam
viribus quam corpore Hec etas sub
iacet vicio cupiditatis et hec
racio ut quia se videlicet ad ortum
tendere percipiunt etatis et laboris ffi
lius qui post sequntur sunt vite necces
saria congregando provideat et
sic sunt post medium decrepite se
nectutis et nondum quod omnia vicia
minuuntur in homine senectutis tempore
precedente excepta cupiditate et
tenacitate Tunc enim et luxuria
refrigescit et gula estus minuit
superbia cedit Sed illa duo tunc
primum regnare videntur in senectute
si autem contrariis pulsaret Hec
etas durit secundum modernos usque
ad septuagesimum annum secundum an
tiquos usque ad octogesimum annum

Decrepita Capitulum lxxxiii Sexta
Decrepita etas sexta et hec etas decrepita
incipit a septuagesimo anno De
crepita autem dicitur quia extunc iniciatur

homo decrescit vigore sensuum et
ingenii. sicut paulo ante ab an
no quinquagesimo usque ad septua
gesimum viribus corporis debilitatur
Est autem etas ista subdita tena
citati et avaricie. Et hec racio quia
laborare se ulterius posse desperat
ea que iam insurgentibus necessitatibus
affuerint quasi cottidie morandi
cum recumulata conservat. Unde
dicit in psalmo: Anni inquit nostri sicut
aranea meditabuntur. Et quod hec
stilus quia dies annorum nostrorum in lxx
annis simplex etc. non sunt dies lu
cri sed dies dispendii. Ornare sub
iungit. Si autem in potentatibus oc
toginta anni amplius eorum labor
et dolor/ quasi diceret. Tunc non erit
tempus lucri sed ocii. Hec etas cur
rit usque ad mortem et ultra non pro
tendit vita mortalis. sed illa expec
tatur ultima repugnancia que sed
illa necessitate sempiterna nitescebit

Mors capitulum lxxxiiii Septima
Mors quidem privacio mors itaque
vite est et tenebre quest to zle vim
privacio lucis. Vita calida et humi
da est. Mors vero frigida et sicca. Un
de sicut videmus quod calor igneus
nutrit se in humido nutritivo. sic
calor vivificans vitam et sicut ig
neus extinguitur nunc per suffocationem
nunc per exaltacionem/ aliquando etiam per
defectum humidi nutritivi sic ca
lor vivificans et animantem mortali
Et notandum quod Aristoteles dicit difficillimum
inter vitam et eius privacionem me
dium invenire. Si hominem videris
subito incidendo vel includendo
vel claudendo oculos ad subitaneam
mortem disponi autem ei statim

incide cultello vel spedra. sicut so
let fieri omnibus. Et non locus vel
tempus et illi venam minimas me
dianam. Taliter enim accidit mors
propter expletionem subitam et as
tensionem humorum qui congregati
circa cor et animal suffocant in primis
Mors tamen est omnium animarum
humanarum spiritum vite sive insensibilibus
que vegetabilem tantum spiritum sive in
hominibus qui racionalem animam
super vegetabilem acceperunt. Sed
vegetabilis vivit cum corpore. Racio
nalis vero impassibilis [illegible] sive ad pe
nam sive ad gloriam pro ut meruit
animal seu homo ministris angelis
fertur. Neque enim secundum hereticos quos
dam mori dicenda est anima raciona
lis que secundum Augustinum spiraculum divinum est id
est ab eo creata. Inspiravit enim deus
in faciem hominis spiraculum vite
et factus est in animam viventem Spi
raculum vite fuit non ille quod anima
libus dedit. Hic est enim temporalis
sed spiraculum vite singulariter datum fuit
ut illum intelligamus qui non ha
bemus mortis. Expliciat liber pri
mus de anathomia humani cor
poris. Incipit liber secundus de ani
ma et eius virtutibus naturalibus
secundum beatum Augustinum

Anima simplex est et inco
posita ut dicit beatus
Augustinus. Neque du
as animas dicimus in
uno homine unam animalem qua
animetur corpus et immixta sit sangui
ni et alteram spiritualem que racionem
ministret. sed dicimus unam et eandem
esse animam in homine/ que et corpus

sua societate viuificet et semetipsam
sua racione disponat. Cuius ipse liber
tatem arbitrii tribuit et ipsa sibi eligat
constitucione quod vult. Et quidem so
lum hominem habere credimus animam
substantiuam que exuta corpore vi
uit et sensus suos atque ingenia vi
uaciter tenet. Nec cum corpore mo
ritur neque post modicum interuallum
quia substanciali viuit. Anima
lia vero non substantiue sunt sed
cum carne carnis viuacitate na
scuntur et cum carnis interitu fini
untur et ideo nec racione reguntur sed
ad omnia nature incitamenta duci
tur. Animas hominum non esse
ab inicio inter ceteras intellectua
les naturas nec simul creatas sicut
origenes finxit neque cum corpo
ribus per coitum seminantur sicut alii
qui latinorum presumptores affirmant
quasi nature consequencia fuerunt sed di
cimus corpus tantum per coniugii copulam
seminari creacionem vero anime soli
creatorem omnium nosse dei vero iu
dicio coagulari in vulua et compingi
atque formari. Ac formato iam cor
pore animam creari et infundi ut viuat
homo in vtero ex anima constans et
corpore et egrediatur viuus ex vtero
plenus humana substancia. Itaque
duabus substanciis constat homo
anima tantum et carne anima cum racione
sua ~~carne anima cum racione sua~~ et
carne cum sensibus suis quos tamen sen
sus absque anime societate non mo
net caro. anima vero et sine carne
racionale suum tenet. Non est tamen
in substancia hominis spiritus sed spiritus ipsa est a
nima pro spirituali natura vel pro eo quod spi
rat in corpore spiritus appellatur. Anima
vero ex eo vocatur quod ad viuendum
vel viuificandum animet corpus.
Hec augustinus dicit in libro de diffini
cionibus recte fidei. Item in libro de
anima et spiritu ista scribuntur. Anima est
substancia quedam racionis particeps
regendo corpori accommodata di
uinis sapiencia illustrata et suum princi
pium respicit et se ipsum cognoscit
et quesiuit in rectorem ut extra se que
rit quod in se ipso possit inuenire
intelligit. Corporeis vero passioni
bus consopita et per sensibiles for
mas extra se abductus oblitus
est quid fuit. Cum vero abstrahat di
stracione interius intelligenciam
ascendens intus se colligit raciona
lis dicitur. Racio si quidem est animi as
pectus quo per se verum intuetur.
Raciocinacio est racionis inquisicio que
illa opus est ad videndum illa ad
inquirendum. Anima inuisibilis est
neque enim aliter inuisibilia cerne
valet. Visibilia corpus videt.
inuisibilia per racionem se videt. inuisi
bilia per se quod inuisibilem se esse videt.
Videtur tamen in corpore per corpus
sicut sensus in littera manet et spec
taculum videt aliquis corporis do
minator rector habitator videt se per
se per se ipsum semetipsum videt. Non
querit auxilium corporalium oculorum
ymmo vero ab omnibus corporeis sen
sibus tamquam impedientibus et perstre
pentibus abstrahit se ad se ut vi
deat se in se ut nouerit se apud se
et cum vult cognoscere deum eleuat
se super mentis aciem. Non enim tale
aliquid deus est qualis est anima non
tamen videri nisi in animo potest. Nec ita

videri ut anima pt Incomutabil
quid vitas e sine defectu sibe Ro
talis e anima s3 deficiat 2ficiat no
uit et ignorat meminit obliuisci
mo vult mo no volt Item siquid
eius pria e 2titucio ad eius simi
litudine sens Cumq3 ergo se tale
reddi desideat quale ab eo fcus e
idest similem dd redeat ad se 2sest
ipse 2pe intra semetipm apd se
metipm querat et videat unde co
stet homo et exqua pte sui sit fcus
ad ymaginem dei Ex duabz subcis co
stat homo Constat anima cu cor
ne Anima cu rone carne cu sensibz
suis quos cu sensus no mouet ra
ro absq3 anime societate Anima no
ronale sui tenet cum carne et si
quid ronalis concupiscibil irasci
bilis pronabilem abile e illuia
ri ad aliquid cognoscendu infra se
et sup se et inse et iuxta se Cognoscit
siquidem deum sup se se inse an
gelu iuxta se et q[ue]citq3 celi ambitu
2tinent infra se Per concupiscibi
litatem et irascibilitatem abilis
e affici ad aliquid appetendu uel
fugiendu amandu uel odiendu et
io de rationabilitate omis sensus
anime oritur et de aliis omnibus af
fectus Affectus aut quadripti
tus e dum de eo q amamus iam gau
demus uel gaudendu speram et de eo
q odimus iam dolemus uel dolendu
metuimus et ob hoc de concupiscibilita
te gaudium et spes de irascibilitate
dolor et metus oriunt Sunt quidem
quatuor affectus anime omniu si
uicio2 atq3 virtutu quasi quedam
principia et ronis materia Affectus si
quid om opi uel corpi nomine im

ponit Est qm intus e extus inets
bz composite componendi et i
stituendi atq3 ordinandi sunt an
imi affectus ad id q decent et quomo
decent ut i virtutes pfice possint alio
qm i vicia fatale defluent Sensus
vnus e i anima eo q ipa ut ipm et
cum corpus no sit corpeus dica
tur intus no sit nisi vnus Ceter
tum p varia exercicia variat et va
rie nuncupat Dicitur namq3 sensus
ymaginacio racio intellectus intelli
gencia et hec omia i anima nichil a
liud sunt q ipa alia et alie inter
se pprietates sunt p varia exercicia s3
vna essencia ronalis et vna anima
pprietates quidem diuse sunt s3 esse
cia vna scdm exercicium multa sunt
scdm essenciam no vnu i anima et
q ipa Sicut mundus iste visibil
quoq3 pterea quada distinccione
e ordinatus terra aqua aer fir
mamento ipoq3 supmo celo q em
pyreu vocatur sic anime i mundo sui
corporis pegrinanti quoq3 progres
sus sunt ad sapiam Sensus scilicet
ro ymaginacio intellectus intelli
gencia Animq3 etem pgressoibz
ronabilitas excitatur ad sapiam et
ms[?] affectibus ad caritate Quinq3 is
tis ex pgressionibz i semetipa pro
ficiens anima sensu et affectu quasi
intus inquibusdam pedibus q
spu viuit spu ambulat usq3 ad asce
rubim et seraphim idest usq3 ad ple
nitudinem sciencie et ignem cari
tatis beatitq3 perticium virtutes qua
similitates est pnatium et ob pro
gressus nominibz et ordinibz angelo2
compare pdenti lectori relinquo
sfficile siquidem e ei si stat aptile

sensus qui summus vertex anime
est angelis qui intuitu vocantur et
imaginatione archangelis ordinum inde
virtutibus ordinum sive potestatibus ratione
principatibus amore proximi dominatio
nibus intellectu thronis intellige
ntiam cherubim amorem de sera
phim. Anima ad similitudinem to
tius sapientie facta omnium in se simi
litudinem gerit. Unde a philosophis dif
finita est omnium similitudo. Habet
quidem in se vires quibus omnia
apprehendit sive investigat et omni
bus similis existit cum sit una
similis terre per sensum aque per yma
ginationem aeri per rationem firma
mento per intellectum celo celorum per
intelligentiam similis lapidibus
per essentiam arboribus per vitam ani
malibus per sensum et ymaginationem
hominibus per rationem angelis per intel
lectum deo per intelligentiam. Et
sicut deus est ab omnibus incapabilis
et participabilis sic anima omnium capax
est. Anima ex eo dicta est quod ad vive
ndum animet corpus. Hoc est vivi
ficet. Spiritus ipsa est anima pro spirituali
natura vel pro eo quod spiret in corpore
appellatus est spiritus. Anima et spiritus idem
sunt in homine quamvis anima aliud
notet aliud spiritus. Spiritus namque
ad substantiam dicitur et anima ad vivifica
tionem. Eadem est essentia sed proprietas
diversa. Nam unus idemque spiritus ad
se ipsum dicitur spiritus et ad corpus anima.
Spiritus est in quantum est ratione predita sub
stantia vocatur. Anima in quantum
est vita corporis. Et qua deum est
Quicumque perdiderit animam suam sal

vam faciet eam credo et dico animas
quibus propter deum hanc vitam que
nunc corporis ministratione exercetur
temporalem mortalibus constat li
benter despexerint in futuro eadem
corpora non solum anime vitam et
vivam et immortalem recipient. Hu
mana anima que incorporea est esse
et extra corpus. Anima pariter et
spiritus vocari potest. Non due anime sunt
sensualis et rationalis altera qua homo
animatur et altera qua ut quidam pu
tant sapiat. Sed una eademque
anima et in semetipsa vivit per intel
lectum et corpori vitam prebet per sen
sum. Duplex est quidem anime vita
alia quidem qua vivit in carne
et alia qua vivit in deo. Duo siqui
dem in homine sunt sensus. Unus inte
rior et alius exterior et uterque bo
num suum habet in quo reficiatur. Sensus
interior reficiatur in contemplatione
divinitatis sensus exterior humani
tatis. Propterea enim deus homo factus
est ut totum hominem in se beatificaret et
tota conversio hominis esset ad ipsum et
tota dilectio esset in illo cum a sensu
carnis videretur per carnem et a sen
su mentis per divinitatis contempla
tionem. Hoc erat totum bonum homi
nis ut sive ingrederetur sive egre
deretur pascua in factore suo inveni
ret pascua foris in carne salvato
ris pascua intus in divinitate crea
toris. Spiritus multis modis dicitur. Dicitur
namque spiritus deus et aer iste conflatus
aer qui a corde receptus et inde
per totum corpus emissus morta
lem vitam in eo continet. Iste tamen
spiritus in creatura dici non potest quia

aeris varietate dissoluitur Dicitur
spiritus anima siue hominis siue pecto
ris Dicitur spiritus mens rationalis ubi
est quedam tamquam oculus anime ad
quam pertinet ymago et cognicio dei
Spiritualis anime est mens vel omnia la
be corporis pura cernens aspectus
et visio intellectus in visio est Tria
hec homini anime necessaria sunt idest
ut sanos oculos habeat ut aspiciat
ut videat Sanos oculos habet cum
a mortalium cupiditatibus est pur
gata atque remota aspicit cum indi
lumine contemplacionis oculos figit
Videt cum in contemplacione conspiciat
quanta sunt gaudia quanta leticia
quanta serenitas et quanta iocundi
tas Sanitas facit illam sanam
aspectus rectum in visio beatam Cum
enim ab omni fece sunt libera ma
culis diluta tunc se denique in se ip
sa libentissime tenet et nichil sibi
metuit aut culpa sua quicquam an
git et tunc ingenti quadam et in
credibili fiducia pergit in deum idest
in ipam contemplacionis veritatem
Aspectum siquidem rectum sequitur
ipa visio dei qui est finis aspectus
Hic anima prius sanatur sanata in
troducatur introducta refertur Spiritus
etiam est quedam vis anime mente in
ferior ubi corporalium rerum similitu
dines exprimuntur Hec ipse spiritus corpus
est sed corpori similis Que enim spiritu vi
dentur non sunt corporalia sed corporibus
similia sicut facies siquidem hominis in no
bis sensibus et nota in memoria
habet ymaginem suam incorporalem qui
dem sed corpori similem cum videri quoque
ipsius mirabilis pulchritudo et nobis
foris presto est et in memoria nostra

habet ymaginem suam incorporalem
quidem sed corpori similem ad quam
recurrimus cum clausis oculis ea
cogitamus Cum enim ad corpus se
sum aliquod corpus in loco Hoc est
ad animi aciem similitudo corporis
in memoria et que est intencio vo
luntatis ad corpus in ipsam visionem
coppulandam Hec est eadem in
tencio voluntatis ad coppulandum
ymaginem corporis que est in memoria
et visionem cogitantis Ille spiritus di
citur ad ymaginem et similitudinem
dei in quo est cognicio veritatis et racio
voluntatis ymago scilicet quidem est in cog
nicione similitudo in dilectione ya
go qui racionalis similitudo quia
spiritualis Heret siquidem veritati vel
ca mis posita sicut rationale vim in
quo racionalem intelligimus et spi
ritum spiritum dicimus Hunc autem
spiritum apostolus mente vocat ubi ait
Renouamini spiritu id est mente Nichil
aliud enim est spiritus mentis quam mens
sicut corpus carnis non est aliud
quam caro Sensus est vis anime et
que rerum corporearum corporeas per
cipit formas presentes ymaginacio
est vis anime que rerum corporearum
corporeas recipit formas sed absentes
Sensus namque formas in materia
percipit ymaginacio extra materiam
Et ea vis que exterius formata est
sensus dicitur Eadem usque ad inte
rius transducta ymaginacio vocatur
ymaginacio namque de sensu ori
tur et secundum eius diuersitates ipsi
usque variaciones multa videt ani
ma carnalibus oculis multa etiam
fantastica ymaginacione concipit

et ubique quasi distenditur movetur erigitur et fluctuare videtur non a se egrediens sed in semetipsa tamquam in magno penetrans spacio pervagatur. Non exit ad illa sed tractantibus suis illa ei reputat. Habet siquidem in se quasi quamdam latitudinem longitudinem et altitudinem et profunditatem omnes sibi species et creature decenter complectitur. Per meditacionem rerum universi que a principio mundi usque ad finem deus pro nostra salute operatus est meditatur. Per contemplacionem que sursum sunt celestia contemplatur. Racio est vis anime que rerum corporearum naturas formas differencias et propria accidencia percipit omnia incorporea sed non extra corpora nisi racione subsistencia abstrahitur enim a corporibus que fundantur in corporibus non actione sed consideracione. Natura nempe ipsius corporis secundum quam omne corpus corpus est nullum utique corpus est. Intellectus est vis anime que invisibilia percipit sicuti angelos demones et animas et omnem spiritum creatum. Intelligencia est vis anime que inmediate supponitur deo. Cernit quidem ipsum summum verum et vere incommutabilem. Sic anima sensu percipit corpora ymaginacione corporum similitudines racione corporum naturas intellectu spiritum creatum intelligencia spiritum increatum. Et quod sensus percipit ymaginacio representat cogitacio format ingenium investigat racio iudicat memoria servat intelligencia comprehendit et

ad meditacionem sive contemplacionem adducit. Ingenium est vis anime sive intencio qua se extendit anima et exercet ad incognitorum cognicionem. Ingenium ergo exquirit ignota racio discernit inventa memoria recondit iudicata et offert adhuc iudicanda. Hic fit ascensus ab inferioribus ad superiora et yma a summis dependent. Est itaque in racione quiddam ad superna et celestia intendens quod dicitur sapiencia. Est et quiddam ad inferiora et caduca respiciens quod vocatur prudencia. Hec duo ex racione sunt et in hec duo consistunt et dividit se racio in duo sursum et deorsum. Sursum in sapienciam deorsum in prudenciam. Sensus innatur exterius quia oculus carnis quamvis extra se habeat facultatem videndi nunquam tamen per se operatur visionem nec auris auditum nisi beneficio exterioris lucis et sonitus. Ymaginacio innatur interius quia ex sensibilibus concipitur. Racio innatur interius quia spiritus racionalis ex dono creacionis habilis est ad cognoscendum verum et diligendum bonum nisi radio interioris lucis fuerit perfusus et calore succensus nunquam consequetur sapiencie seu caritatis affectum. Intellectus et intelligencia innatantur superius quia deus et ignis et lux est et lux quidem splendorem emittens ex se quem retinet in se illuminat intelligenciam ad cognicionem veritatis. Ignis vero calorem de se emittens sed non amittens inflammat affectum ad amorem virtutis. Et sicut solem non videt oculus nisi lumine

spiritus. Sic vero ad divinum lumen non
potest intelligentia videre nisi ipsius
lumine. In lumine inquit propheta in lu-
mine tuo videbimus lumen. Cum enim
mortale hoc induerit immortalita-
tem et corruptibile hoc induerit in-
corruptionem, tunc mente pariter et
corpore spirituales effecti secundum modu-
lum nostrum per mentis illuminationem o-
mnia sciemus et per corporis incorruptibi-
lis levitatem ubique esse poterimus. Vo-
labimus mente per contemplationem, vola-
bimus corpore per incorruptionem. Sust-
inemus mente, distinemus corpore. Cum
sensus in corpore utitur, in ratione-
m ratio in intellectum, intellectus in intel-
ligentiam, intelligentia in Deum mu-
tabitur. Quedam ergo sunt infra ratio-
nem, quedam iuxta rationem, quedam
supra rationem. Infra rationem sunt que
sensu percipimus, sicut dura et mol-
lia, calida et frigida, candida et nigra.
Iuxta rationem et prima rationi que ra-
tione percipimus, sicut commoda, vera et
falsa, iusta et iniusta. Ratio siquidem
est quidam animi motus sensum
mentis acuens veraque a falsis
distinguens. Supra rationem sunt que
nec sensus docet nec ratio persuadet,
sed aut divina revelatione compre-
henduntur aut scripturarum auctori-
tate creduntur, sicut Deum in una
substantia trinum et in tribus personis sub-
stantialiter unum. Deus siquidem
est verum unum, unitas ita quod nulla
singulorum, et ideo motibus rationis
non subiacet, quia ratio non est
nisi de re aliqua. Anima est spiritus intel-
lectualis, rationalis, semper vivens,
semper in motu, bone maleque volunta-
tis capax, secundum benignitatem sui crea-
toris atque secundum operis sui effectum va-
riis nuncupatur nominibus. Dicitur enim
anima dum vegetat, spiritus dum con-
templatur, sensus dum sentit, ani-
mus dum sapit, dum intelligit
mens, dum discernit ratio, dum
recordatur memoria, dum vult vo-
luntas. Ista tamen non differunt in
substantia quemadmodum in nominibus, quoniam omnia
ista una anima est: proprietates quidem
diverse, sed essentia una. Ipsa vero trina
et animo potest esse differentia, quoniam omnis ani-
ma spiritus est, sed non omnis spiritus anima.
Anime duplices sunt actiones:
alio namque consilio erigitur ad Deum,
atque alio inclinatur ad terrenum. Incli-
natur autem sic. Cum sit substantia invi-
sibilis videri non potest, sed per potencias
suas se extendit et ostendit. Per con-
cupiscibilitatem namque appetit, per
irascibilitatem contempnit, per rationa-
bilitatem inter utrumque discernit. To-
ta anime essentia in his potentiis
suis consistit, nec in partes dividi-
tur, cum sit simplex et individua, et si
aliquas partes habere dicitur, ratione potius
similitudinis quam veritate compositionis substan-
tie intelligendum est. Simplex anima
est, nec aliud nec minus est id in substantia
quam anima, sed una eademque substantia secundum
diversas potencias diversa sortitur no-
tabula. Has potencias habet antequam
corpori misceatur. Naturales siquidem
sunt ei, nec aliud sunt quam ipsa. To-
ta namque anime substantia in his tribus
plena perfectaque consistit, in rationabi-
litate, concupiscentia et irascibilitate,
quasi quadam sua trinitate. Et tota
hec trinitas anime quedam anime est uni-
tas, et ipsa est anima. Spiritus est omnia sua
et anima quedam sua. Spiritus siquidem anima

naturalia et ipsa omnia est potencie na-
ture eius atque vires idem sunt quod ip-
sa sunt accidencia et ipsa non est. Que
vires est bone virtutes non est. Non enim
est sua prudencia sua temperancia sua
iusticia. Potencie anime sunt racio-
nabilitas concupiscibilitas irascibi-
litas. Vires sunt sensus ymagina-
cio racio memoria intellectus et intel-
ligencia. Potencie autem possunt
dici vires et vires potencie. Quibus-
dam affectibus et quadam amicicia
anima corpori coniungitur secundum quam ami-
ciciam anima corpori coniungitur nemo
carnem suam odio habet. Sociata
namque illi licet eius societate per-
gravetur ineffabili condicione dili-
git illud. Amat carcerem suum et
ideo libera esse non potest. Doloribus
eius vehementer afficitur formidat in-
teritum que mori non potest. Timet de-
fectum que privacionem deficere non potest.
Oculorum speculacione depascitur sono-
ris delectatur auditibus suavissimis
iocundatur odoribus larga epulacione
reficitur et licet hiis rebus nullatenus
ipsa utatur gravi tamen merore affi-
citur si subtrahantur. Hinc eciam in-
numera subrepunt vicia contra-
ria racioni dum anima dilecto cor-
pori indulgens remittendo locum non
prestat pluribus peccatis. Per sensus quoque pro-
cedit anima ad corporis movendum
administrandum. Racionem quoque spira-
mina sunt in humano corpore quibus
secundum naturalem contemperanciam influ-
it et refluit omne quo idem vege-
tatur corpus et regitur. Sunt eciam
quedam intrinsecus similia corporis
scilicet supremum corporis et infimum in quibus
sine naturarum confusione personali

lium unione facile coniungi possunt.
Similia enim congaudent simi-
libus. Sed anima que vere est corpus
in suis extremitatibus spirituale et que
veniunt uniuntur i. fantastico anime
quod corpus non est sed simile corpori et
sensualitate carnis que fere spiritus
quia sine anima fieri non potest. Sicut
enim supremum anime id est intelligencia
sive mens ymaginem et similitudi-
nem sui gerit superioris id est dei.
Unde et eius susceptiva esse potuit
et ad unionem personalem eciam quando
ipse voluit absque ulla deminucio-
ne nature fuit. Sic supremum carnis
i. sensualitas anime gerens simili-
tudinem ad personalem unionem eius
essenciam suscipere potuit. Licet illud
mirum est cum eciam in sensu et me-
moria pecorum quedam est imitacio
racionalitatis et in appetitu volun-
tatis et in hiis que fugit reprobacionis.
Corpus namque corporeus spiritus qui est cor-
pus et sensu naturali inter multa dis-
cernit et in concupiscibilitatis eligit
et naturali irascibilitatis reprobat. Sunt
siquidem corporea vita quosdam
gradus quibus ad ymaginem pro-
xime vite proficit. Primus etenim gra-
dus corporee vite est sensificacio.
Quo per sensum ingrediens yma-
ginacio et rebus per ymaginacione
conceptorum memoria. Ex rebus per
sensum passiones quedam sine
discrecione intelligencie prudencia
in qua quid quam racionis v-
ero est et nulla racio sunt [illegible]
tabili. In hiis omnibus corporea vi-
ta spiritualem vitam imitatur. Primum

inseo quod sentit Secundo inseo quod sensum
continet Tercio inseo quod concep
ta retinet Quarto inseo quod sive in
ymaginacione sive in sensibus secundum
quandam rerum similitudinem sive
ad appetendum sive ad fugiendum se i
plectit convenienter ipsa autem me
dia sunt carnis et anime sensuali
tas carnis quae maxime igneus est et
fantasticum spiritus quod igneus vigor
dicitur Unde quidam de animabus
loquens ait Igneus est ille vigor et
celestis origo Anima sociatur carnis
et anime per nature elementa terre Dicit e
sepcimus est fecit deus hominem de
limo terre et inspiravit in faciem e
ius spiraculum vite dans ei sen
sum et intellectum ut per sensum vi
tum sibi associatum ministraret et
per intellectum regeret et ut per intellec
tum intus ingrederetur et contemplaret
opera sapiencie Intellectum intus illus
travit sensum foris decoravit ut
invenitur refectionem invenit in
tus ad felicitatem foris ad iocunditatem
tem Sed quia bona exteriora diu
stare non possunt immo est homo
ab exterioribus ad interiora redire ab
interioribus ad superna ascendere Tante
siquidem est dignitatis humana con
dicio ut nullum bonum preter summum
ei sufficere possit plenum fuit miracu
lo quod tam diversa et tam divisa ab
invicem potuerunt coniungi Nec mi
nus mirabile fuit quod limo ma
ximum deus coniunxit Et sibi invicem
inviventur deus et limus tanta sub
limitas et tanta vilitas Nichil deo
sublimius nichil limo vilius Mira
bilis fuit coniunctio prima mirabilis

secunda nec minus mirabilis erit ter
cia homo angelus et deus erit unus
spiritus Eodem namque bono bonus
est homo quo bonus est angelus
eodemque bono uterque beatus Si
cut ambo adipisci eadem volunta
te eodem spiritu cupiunt Si enim ter
disparem naturam carnis et anime
ad unam federacionem atque amiciciam
coniungere potuit nequaquam erit
ei impossibile racionalem spiritum qui
iam adspersus tremi corporis hu
miliatus est tunc eodem corpore glo
rificato ut sit ei gloriose quod fuit per
tinere ad consorcium beatorum spirituum qui
in sua puritate perstiterunt exal
tare atque adducere gloriose sublimitate
participacionem Ad hoc siquidem sola ca
ritate nulla necessitate illum trahit
altissimus ut sue beatitudinis faceret
participem Si ergo tantum gaudium
et tanta leticia est in vita ista tempora
lis que constat experiencia spiritus in cor
pore corruptibili quanta leticia
et quantum gaudium erit in vita eterna
que constat experiencia divinitatis
in spiritu racionali Dubitatur ergo cor
pus anima animus deo et unus
spiritus erit cum contra tunc si in humilitate
permanserit et graciam sui creatoris per
quam exaltatus glorificandus est agno
verit Ex carne et anima constat ho
et utraque bonum suum in quo gaudet
et exultat Bonum anime est deus cum
affluencia dulcedinis sue Bonum
carnis est mundus cum habundancia
iocunditatis sue Sed mundus is
te exterior est deus autem interior Nichil
enim eo interius nichil eo propinquius

Interior est omni re quia i ipso sunt
omnia Exterior est omni re quia ipse
sunt est sup omnia Abyss^o g^o mu
do adden reuitentes et quasi aby
mo sursum ascendentes proponet
nos tipse debemus ascendere enim
addeum hoc est intrare adsemet
ipm. Non solum adse intrare sz
ineffabili quodammodo i intimis
seipm transire Qui enim interius intrans
et intrinsecus penetrans seipm transce
dit ille veraciter addeum ascendit
Adhuc ergo mundi distractionibus
cor nrm colligamus et adinteriora
gaudia reuocemus et si cor nrm
semp tenere no possumus saltem ab
illicitis cogitationibus et vanis re
stringamus ut aliquam indiuidue co
templacionis lumine fixe valea
mus Hec est enim requies cordis
nri cum in dei amorem desiderium
figit Hec e enim vita cordis mei i
deum suum contemplatur et ipsa sua co
templacione suauit reficit et dul
ce est illi ad quod desiderat quod ad ama
dum et laudandum semp e suave
Nichil enim ad beatam vitam pstan
tius videtur quam velut clausis
carnalibus sensibus extra carnem
mundumque essem quempiam intra
semetipsum conti alienumque affec
tum a mortalium cupiditatibus
sibi et soli deo loqui Cum enim anima
sit incorpea p subtilem naturam
corporis sui id est per ignem et aerem
qui i ipso quoque mundo precellen
tia sunt corpa et ideo magis
spum similiora vel subliminora cor
pus administrat Ista siquidem prio

ra excipiunt impetus anime minist
rantis eo quod incorpee nature sunt
propinquiora quam humor et terra et
ut ad corpus p eorum ministerium to
ta moles administret Nullus
sine hijs duobus vel incorpe sensus
est vel ab anima spontaneus corpo
ris motus Ignis et aer quia le
uia sunt mouent terram et aquam
que grauia sunt Nam ipsa corpa
etiam pter anime absessum mo
ri videmus quia ignis et aer quod
duo p anime presenciam tenentur in
corpe terreno et humido ut omnia
quatuor sint temperata pter eo
dem anime absessum ad supna
euadunt ac sese expediunt Cor
palis compositio sic fit Corpus co
stat ex officialibus membris offi
cialia ex consimilibus et consimilia ex hu
moribus humores ex cibis cibi ex
elementis Ineffabilis horum e anima sed
impsis tamquam in organis agit et
pfect corpi compellit et sunt vite i
qua sensus est homo i anima vi
uam Cum eni temperata et ordina
ta fuerint congruunt ministeri
um tamquam recedit anima Si vero
distemperata et dispersa fuerint i vita
recedit anima secum trahens om
sensum scilicet ymaginationem racio
nem intellectum intelligentiam
concupiscibilitatem et irascibilita
tem. Et ex hijs secundum merita afficitur
ad delectationem sive ad dolorem
Corpus autem quod prius integrum fu
it vel organum contemperatum et dispo
situm ut melos musicum ipse co
tinet et tractum reparat et mo

constructum et utile creatione iacet. Anima non recurrentibus ad eas regiones suas elementorum partibus non lesis ubi nixus suas exercebat requiescit ab his motibus quibus corpus per spacia loci movebat. Anima inter deum et corpus posita per tempus movetur vel reminiscendo quod oblita fuerat vel discendo quod ignorabat vel volendo quod nolebat. Per locum autem non movetur quia per loci spatia non distenditur. Deus autem corpore non cessit aliquo ut sit nec loco ut alicubi nec tempore ut aliunde nec forma ut aliquid vel aliquo genere subiecti in quo subsistat vel alicui subsistat. Immortalis est anima ne creatoris sui similitudine discrepare videatur. Non enim portat ymaginem et similitudinem dei si morte termino clauditur. Secundum quendam modum itaque quem nullo modo amittere potest immortalis est et secundum quandam mutabilitatem qua potest vel melior vel deterior fieri mortalis est. Et sicut mortalis est anima beate vivere perdit sed quamvis vivere amittere non potest. Sic respectu incorporei dei corporea est. Invisibile vero et incorporeum natura credendum est preter solum deum id est patrem et filium et spiritum sanctum. Et ideo incorporeus et invisibilis dicitur quia infinitus et incircumscriptus est simplex et sibi omnibus modis sufficiens se ipso et idcirco totum ubique sit in semetipso invisibilis et incorporeus esse demonstratur. Omnis vero rationalis creatura corporea est. Angeli et omnes virtutes corporee sunt licet non carne subsistant. Ex eo intellectuales naturas corporeas esse dicimus quia loco circumscribuntur sicut et anima humana que carne clauditur que ideo et esse localis dicitur sit in loco quia que alicubi presens est localis est quod alicubi presens est totum alibi non est. Non habet tamen corporalem dimensionem vel corporalem circumscriptionem quam corporalis quantitatis expers est. Deus quia per presentiam et operationem in loco concluditur localis et ipsa dicitur. Circumscriptione non ut corpus cui secundum locum principium medium et finis assignatur. Respectu incorporee nature que summe et incommutabiliter ubique est corporea est anima quamquam tale aliquid non est ipsa nec tamen per loci spacium ita sistit vel movetur ut maiore sui parte maiorem locum occupet et breviore breviorem minorque sit in parte quam in toto. Per omnes siquidem corporis particulas tota simul adest nec minor in minoribus vel in maioribus maior sed alicubi intensius alicubi remissius et in omnibus tota et in singulis tota est. Sicut enim deus ubique totus est in toto mundo et in omni creatura sic anima ubique tota in corpore suo tamquam in quodam mundo suo. Intensius tamen in corde et in cerebro quemadmodum deus dicitur proprie esse in celo. Ista tria visionum genera manifesta sunt. Primum corporale quo per corporis sensus corpora sentiuntur. Secundum spirituale quo corporum similitudines spiritu non mente cernuntur. Tercium intellectuale quo ille res que nec corpora nec corporum formas habent conspiciuntur. In intellectuali visione nunquam fallitur anima cum in ipsis corporibus fieri putet quod in corporibus sensibus sicut navigantibus videntur in terra moveri que stant et intuentibus celum sidera stare que moventur et divaricatis oculorum radiis res una duas formas habere

videtur et unus homo capiti cum a
qua venimus inspiratus et multa huius
In visione etiam spirituali anima fallitur
et illuditur quoniam ea que videt aliquando ve
ra aliquando falsa aliquando perturbata ali
quando tranquilla sunt. Ipsa autem vera
aliquando futuris omnino similia vel aperte
dicta aliquando obscuris significationi
bus vel quasi figuratis locutioni
bus prenunciata. In extasi vero quando
ab omnibus corporis sensibus alienatur
et avertitur anima amplius quam in sop
no solet sed minus quam in morte non
fallitur si ipsa mente divinitus adiu
ta vel aliquo ipsa visa exponente
sicut in apocalipsi Iohannes expone
batur magna revelatio est. Cum enim
spiritu assumitur anima falli non potest quia
sancti angeli miro modo visa sua facia
li quadam ac prepotenti iunctione
vel commixtione nostra esse faciunt et visio
nem suam quodam ineffabili mo
do in spiritu nostro informant. Ipsi siquidem
quedam corporalibus indicando atque
monstrando preesunt et corporum signi
ficativas similitudines in spiritu ita
distinguunt et tanta potentia quod
ammodo tractant ut eas possint
hominum spiritibus revelando miscere.
Unde est quod angelus domini apparuit Io
seph in somnis dicens Noli timere
accipere Mariam coniugem tuam et
iterum Tolle puerum et matrem eius
et fuge in Egyptum. Deus autem per
prophetam dixit Effundam de spiritu meo
super omnem carnem et iuvenes vi
siones videbunt et senes somnia
somniabunt. Sunt alia visa
usitata et humana que vel ex spiritu
ipso nostro multipliciter existunt vel
corpore spiritu quodammodo suggeruntur
sicut si primum afflati acriore vel
animo. Non solum enim vigilantes
homines curas suas cogitando
versant in similitudinibus corporum
verum etiam dormientes hoc somni
ant quo indigent. Nam et ne
gocia sua gerunt ex animi cupi
ditate et epulis poculisque inhia
ter instant si forte esurientes si
tientesque dormierunt. Vigilanti
bus etiam occulto quodam instinc
tu ingestas esse cogitationes quas
divinaret nesciens. Dicit enim Cay
phas pontifex prophetavit cum eius
intentio prophetandi voluntatem non
haberet. Multa videt anima readem
natam est in persona sive in dormienti
bus sive in egrotantibus que non ex a
lio generata sunt que videntur quam
ex natura sua de quo vel in quo sunt
similitudines corporum. Obscuratis
namque meatibus sentiendi sicut vi
deant somniantes videntur visa
siquidem freneticorum similia sunt
visis somniantium similia sunt
cogitationibus vigilantium. Dormi
entibus quippe in cerebro consopi
ta via sentiendi que intentionem ad o
culos ducit ideoque ipsa intencio
in aliud aversa cernit visa somnio
rum tamquam species corporales as
sunt ut se dormiens vigilare vi
deat non similia corporibus sed ipsa
corpora intueri se putet. Ego autem
multo amplius miror et vehe
mentius stupeo quanta celeritate
ac facilitate in se anima fabricet
ymagines corporum que per corporis
oculos videt quam freneticorum
vel somniantium vel etiam in extasi
si visiones sunt cum tamen illa na

incorporeum est corpus non est. Sine
dubio corpus non est. Corpus enim dubio
Non enim corpora nisi illas ymagi-
nes in spiritu formantur. nec eandem
vim habent ut aliud spirituale formet.
Sed ipse spiritus in seipso celeritate mi-
rabili ut pote spiritualis intellec-
tualis et rationalis. Sompnium quod vidisse
videntur dormientes quinque sunt ge-
nera videlicet. oraculum. visio. sompni-
um. fantasma. Oraculum est cum
in sompnis parens vel aliqua sancta
gravisque persona. seu sacerdos. vel etiam
deus eventurum quid aperte vel non
eventurum faciendum vel devitandum
denunciat. Visio est cum id quis
videt quod eodem modo quo apparuerat
eveniet. Sompnium figuris tectum est
et sine interpretatione intelligi non
potest. ut sompnium est quando id quod vigi-
lantem fatigaverat. ingerit se dor-
mienti sicut est cibi cura vel potus
vel aliqua studia vel artes. vel in-
firmitates. Secundum autem studia que
quisque exercuerit sompniat et solita-
rum actionum simulacra in spiritu
mentis impressa apparent in sompniis
Iuxta etiam infirmitatum diversitates
diversi accidunt sompnia. Alia nam-
que vident sanguinei alia colerici
alia melancolici alia flegmatici
Illi vident rubea et varia illi alba
et nigra. Fantasma est cum vix dormi-
re incipit et adhuc vigilare se esti-
mat aspicere videtur irruentes in se
vel passim vagantes formas discre-
pantes et varias letas vel turbu-
lentas. In hoc genere est epfialtes quem
publica persuasio quiescentes opi-
nantur invadere ac pondere suo pressos
ac sentientes gravare. Sed non est
aliud nisi quedam fumositas a
stomacho vel a corde ascendens et
ibi vim animalem comprimens. Po-
tencie anime atque virtutes longa
exercitatione atque successu temporum
crescunt. ipsa vero non crescit nec de-
crescit. Sed aut imparilitate me-
mbrorum aut humorum crassitudine
impedita vires suas exercere non potest
Est hoc valde mirum de anima ut in
corpore constituta corpus portet quod
mortuum potest a multis hominibus vix
portari. Anima autem carne exuta
venit videt et audit. Et omnes sen-
sus atque ingenia vivacius tenet
ut pote pura subtilis aerea et spec-
tua. Et sicut deus in semetipso est
ubique sic anima ubique est quodam
modo in semetipsa ac per hoc ubique.
Anima post corpus ubi erit agens
in corpore ibi est eodem modo ubi fuit prius
quam mundus fieret ubi etiam
erit si mundus esse desinet. Hic
sepe dictum est incorporea est anima. potest
tamen habere similitudinem corporis non
corporalem sed corpori similem et cor-
poralium omnino membrorum cum e
corpore egreditur. Sicut enim aut aut
ad spiritualia premia fertur aut
ad loca penalia similia corporibus
qualia sepe demonstrata sunt hiis
qui rapti sunt a corporeis sensibus
et mortuis similes iacuerunt. cum
ipsi in se ipsis gererent quandam
